This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

DEPARTMENT OF
THE HISTORY OF ART
OXFORD

P. VIRGILII MARONIS
OPERA

VARIETATE LECTIONIS
ET
PERPETVA ADNOTATIONE
ILLVSTRATA

A

CHR. GOTTL. HEYNE
GEORGIAE AVGVSTAE PROF. ET BIBLIOTHECARIO
M. BRITANN. REGI A CONSIL. AVL.

ACCEDIT
INDEX VBERRIMVS
EDITIO ALTERA EMENDATIOR ET AVCTIOR

TOMVS QVARTVS

CARMINA MINORA

LIPSIAE
SVMTIBVS CASPARI FRITSCH
MDCCLXXXIX

HISTORY
OXFORD

PRAEFATIO

Vt quartum hoc volumen accederet ſuperioribus, conſilio factum eſt, quidni enim ingenue fatear? ex re nato, cum Indicem, qui ſemel in fronte libri promiſſus erat, tertium volumen non caperet. De minoribus illis carminibus, quae Virgilio tribuuntur, eo minus cogitaueram, quod iuuenili ingenio ſeu capiendo ac detinendo ſeu ornando vel locupletando exigua in iis propoſita eſt materies; et memineram, Burmannum Sec. (in praef. Anthol. Lat. pag. XXXV) ſelectis iis, quae ad Anthologiam Latinam facerent, reliquae Virgilianae appendicis in ſeparato volumine edendae ſpem feciſſe. Cum tamen in alterum Anthologiae volumen *Diras*, quod vnum ex iis maioribus carminibus eſt, inſeruiſſet: ſpes illa aut inciſa aut in incertum euentum producta videbatur. Mox audieram, prelo ſubiectos eſſe Io. Schraderi libros Emendationum, quorum capita plura in *Culice* et *Ciri* corrigenda occupata eſſent. Cum tamen haec editio noſtra frenum morderet et ad cal-

cem properaret, longiorisque morae faſtidio victus iamdudum ad alia ſpectarem: accinxi me ad recenſenda carmina illa, quae Virgilianis plerumque ſubiungi ſolent, etiam in Heinſiana editione, quam in noſtra hac repetere ſemel conſtitutum erat; adiunxi tantum *Copam* et *Moretum*; cauſſam in praefatione ad ea carmina dixi; vti et de caeteris carminibus ſatis dictum eſt in prooemiis, quae ſingulis praemiſſa ſunt. Vniuerſe autem de poematiis his haec monuiſſe ſufficiat; ex pluribus ea codicibus, in quibus modo vnum et alterum modo plura ſeorſum extabant, aut Aeneidi vel Bucolicis ac Georgicis erant ſubiecta, in vnum eſſe collecta, nec tamen ſtatim omnia. In ed. pr. 1467 *Culex*, *Dirae*, *Copa*, *Eſt et Non*, *Vir bonus*, *Roſae*, *Moretum*, *Priapeia*, *Epitaphia* et alia erant deſcripta; in altera autem recenſione acceſſerant *Aetna*, *Ciris*, et *Catalecta* (vid. Tom. I, pag. LXXIII. LXXIV). In ed. 1471 f. l. et typogr. (vid. ibid. pag. LXXVI) tantum prior Romana epiſcopi Alerienſis repetita eſſe videtur; auctus carminum numerus, adiecto quoque libro Aeneidis XIII in edd. Ven. 1472 cum per Barthol. Cremonenſem, tum per Ant. Zarottum

Zarottum (conf. ibid. pag. LXXVII). Ab eo inde tempore pleraeque huius saeculi editiones minora illa carmina repetiuerunt, diuerso tamen ordine et loco, vt in hanc vel illam recensionem ii, qui eas curabant, inciderant; nec multum vtilitatis ex earum comparatione expectari posse intellexi. Interpretari quoque nonnulla aggressus est Domitius Calderinus et Pomponius Sabinus, omnia Badius Ascensius. Sed noua horum carminum recensio non facta est, nisi in Aldina editione 1517, de qua in Recensu edd. dictum est, et dicetur mox ad Culicem. Nihil inde seu opis seu studii accessit, etsi saepius recusis carminibus, et, quod mireris, haud raro ad antiquiorem lectionem, vt in Iunt. 1520 ab Ant. Francino Varchiensi curata, et Lucae Ant. Iuntae Ven. 1533, Rob. Stephani 1533, vsque dum Scaliger Appendicem Virgilianam adornauit 1573, repetitam a Guellio 1575 et auctis nonnullis emendatisque a Scaligero, cura Lindenbrogii, apud Franc. Raphelengium 1595, tum sub *Catalectorum* nomine nouoque titulo praefixo *1617* apud Io. Maire; nam ab Appendice *separata* sunt Catalecta libris duobus. Re-

petita ſunt quoque eadem in Pithoeana Epigrammatum et Poematiorum veterum collectione 1590 et 1596, nulla tamen, niſi in paucis locis, quae emendata ſunt tacite, opera collocata; in Emendationibus ad Poematia monetur: haec opuſcula, inprimis vero Culicem, Cirin et Aetnam, ampliores notas aut potius iuſtos commentarios deſiderare; itaque ea ſeponi ad meliora otia. Inde in Heinſianis editionibus ſeruata tantum ſunt ea, quae aliqua ſaltem cum ratione probabili ad Virgilium referri poterant *).

Cum interpretationis omnis ſeuerior ratio a lectionis veritate proficiſcatur: in his, quae a me curanda erant, criticae ſubtilitati coniectandique licentiae tribuendum erat plus, quam aut mos meus, aut otium, aut ingenium fortaſſe ferebat; nec vnquam ad emendandi hoc genus, quod in verbis litterarumque apicibus haeret, ſatis magna me propenſione animi ferri memini; etſi nec detrectaui aut refugi, quoties res ita ferebat, vt nouandum aliquid eſſe

*) De Scaligeri et Pithoei opera in his Catalectis collocata vid. Burmann. Sec. praef. Anthol. p. XXXI ſqq.

esse viderem. Maiorem tamen ex idonea interpretatione eorum, quae sana sunt, et ex eleganti subtilique iudicio rerum ac sententiarum, proficisci vtilitatem et olim arbitratus sum et nunc, cur ab ea existimatione recedam, multo minus habeo; inprimis si inuentorum fontem, tractationem et exornationem totiusque operis summam et colorem, si omnia haec, inquam, docte et sagaciter perspecta et explorata habeas, et de iis dilucide ac perspicue aliis praecipere possis. Monui itaque etiam in his carminibus, quae interdum, nam pauca in iis nitere fatendum est, prae caeteris, probanda et bono poeta digna videri deberent.

* * *

Indicem in hac editione copiosum nouis curis confectum accessisse nemo mirabitur, qui aut prioris editionis indicem manu versauit, aut vtilitatem huiusmodi indicum expertus est. Cum is sit Maro, qui orationis poeticae Romanorum auctor sit praecipuus et vnicus, cumque id Latino sermoni in laude annumerandum sit, quod orationem habet poeticam a pedestri diligenter diuersam, ex Marone autem pendeant

dcant poetae epici Latini omnes, Lucanus, Silius Italicus, Valerius Flaccus, Statius, Claudianus, Auſonius et ſi qui alii ſunt: operae pretium eſſe putaui, ſi Virgilianam orationem Indice docta induſtria confecto illuſtratam ad calcem ſubiicerem. Debetur autem ille ſtudio *Aug. Guil. Schlegel*, Hannouerani, ad praeclaram laudem exquiſitioris doctrinae eximiis ingenii et animi viribus annitentis *).

* * *

Quod ſi his a me curatis ad litterarum harum, quae ad humanitatem ingenia fingunt, vtilitatem quicquam profectum intellexero, in ſinu gaudebo; ad inanem certe doctrinae oſtentationem multa moliri meum non eſt. *Niſi enim vtile eſt, quod fecimus, ſtulta eſt gloria noſtra.* Scribebam XXIII Sept. MDCCLXXV, refingebam d. IV Martii MDCCLXXXVIII.

*) Subſeciuam ei operam commodarunt in parte operis *Fr. Guil. Ieſſe*, Hannou., et *Car. Frid. Dornedden*, Hamel., Seminarii philologici Sodalitio ſtudiorumque ſocietate coniuncti. Indicem autem in Notas confecit alius ex eodem Sodalitio, *Car. Gotthold Lenz*, qui ſuis iam in Catulli Epithalamium curis in virorum doctorum notitiam venit.

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS
CVLEX

PROOEMIVM
IN CVLICEM

Fuiſſe aliquando Culicem inſcriptum carmen, vulgo pro Maroniani ingenii iuuenili fetu habitum, dubitari nequit. Docent id loca T. I ad Vitam Virgilii §. 28 excitata Martialis XIV, ep. 185, et VIII, ep. 56, 19. 20, Suetonii in Vita Lucani, Statii Silu. II, 7, 14 *). Quibus adde eundem praef. Silu. lib. I, vbi veretur de Thebaide edenda: *Sed et Culicem leginus et Batrachomyomachiam etiam cognoſcimus. Nec quisquam eſt illuſtrium poetarum, qui non aliquid operibus ſuis ſtilo remiſſiore proluſerit.* Nonius quoque Marcellus p. 211 verſum laudat in *labruſca* — „Neutro Virgilius in Culice: *Denſaque virgultis auide labruſca petuntur.*„ An tamen is ipſe, quem nunc manibus terimus, pro Maroniano Culice habendus ſit, non modo inde confectum non eſt **), verum etiam dubitari poteſt: quandoquidem iſtud alterum carmen non innenuſtum fuiſſe neceſſe eſt; memoratur enim paſ-

 ſim

*) Martial. XIV, ep. 185 *Accipe facundi Culicem, ſtudioſe, Maronis.* VIII, 56 *Protinus Italiam concepit et* Arma virumque, *Qui modo vix Culicem fenerat ore rudi.* Sueton. in Vita Lucani: *Quin tantae lenitatis, et tam immoderatae linguae fuit, vt in recitatione quadam, aetatem et initia ſua cum Virgilio comparans, anſus ſit dicere: et quantum mihi reſtat ad Culicem?* Statii Silu. II, 7, 73. 74 *Haec primo iuuenis canes ſub auno Ante annos Culicis Maroniani.*

**) Virgilio Culicem Io. Schraderus quoque vindicare voluit Emendatt. I. 2.

ſim eum laude, et Lucanus non ſine ſuperbiae nota dixiſſe exiſtimatus eſt: *et quantum mihi reſtat ad Culicem?* hoc autem, quod nunc habemus, ſplendet vtique vno et altero loco, et habet laudes nonnullas; ſed et tota illud ſumma peccat et plurima habet, quae vel parum ſubtili iudicio vix ſatis ſe probare poſſint. Quae ne temere pronuntiaſſe videamur, age de carminis argumento et habitu diſpiciamus paullo accuratius.

Inter luſus refertur hoc carmen merito argumenti ſui vi et natura. Culex, cum paſtorem infixo aculeo e ſomno excitatum praeſenti morte liberaſſet, inflicta manu obtritus, ſequente nocte paſtori per ſomnum oblatus, de male relata gratia conqueritur, hominemque adeo miſeratione mouet, vt ſibi tumulum faciat. Nec tamen omnino poeta carmen epicum ioculare, cuiusmodi noſtra aetas plura vidit, componere voluiſſe putandus eſt. Narratio eſt ſerio inſtituta, nec tamen epica, ſed ad paſtoritium ſeu bucolicum carmen propior, et delectare voluiſſe poeta videri debet, partim rerum narratione et deſcriptione, partim culicis de iniuria ſibi facta conquerentis miſeratione.

Argumentum, ſi intentiore animo contempleris, per ſe ſatis tenue ac ieiunum eſſe vixque magnum ornatum capere poſſe videtur. Cumulauit tamen ornamenta quisquis haec ſcripſit, et, quod grauius etiam eſt, in ornamentis his non modo maiorem operae partem conſumſit, verum etiam ad locos poeticos communes fere omnia reuocauit, quibus ita immoratus eſt, vt orationis ordinem et ſeriem

niem penitus interrumpi et mentem a carminis ſumma abduci neceſſe eſſet, quod v. c. factum videas in loco de laudibus vitae ruſticae, de arboribus ad fontem natis v. 122 ſqq., in locis inferis, in Tartaro, in Elyſio, in tumulo plantis conſerendo. Nimium adeo in parergis haeret poeta; nec prauum hoc ſtudium Catulli, non minus prauo, exemplo in Pelei et Thetidos epithalamio, aut Panegyrici in Meſſalam Tibulli Elegis ſubiecti, defendi aut poteſt aut debet.

Eſt vero interdum puerilis prorſus in cumulandis et variandis rebus ſimilibus copiae affectatio; quae, ſi vel maxime eum iuuenili aetate haec luſiſſe dixeris (Scaligerum, qui iam grandiorem natu Maronem ſcripſiſſe Culicem contendebat, nemo facile audiet aequo animo), vix tamen ab eo poeta proficiſci potuit, qui Georgica et Aeneidem ſcripſit; vt adeo aliquando in eam opinionem pronior eſſem, quam etiam Franc. Oudinum tuitum eſſe video (diſp. de Culice Virgiliano in Miſc. Obſſ. crit. nou. T. IV, p. 307), qua perſuaſum mihi eſſet, nos veterem illum Maronis Culicem omnino non habere. Occurrunt tamen altera ex parte loci carminis praeclari poeta bono haud indigni; video itaque haud paullo probabilius eſſe alterum: habere quidem nos carminis fundum aliquem Virgilianum, interpolatum tamen et oneratum infinitis aliorum laciniis intextis et interpoſitis: ducit etiam eo diuerſitas illa locorum ac verſuum in eodem carmine et variata per plures diuerſae notae verſus eadem ſententia. Quod ſi teneatur: facile et virtutum et vitiorum in hoc car-

mine cauſſae explicari totaque eius ratio conſtitui poteſt.

Scilicet fuit doctorum hominum male ſedulorum, antiquioribus etiam ſaeculis, mos, vt cum Ouidianis, tum Virgilianis, his tamen maxime, verſibus variandis, ornandis vel amplificandis, ingenium ſuum experirentur. Multa ſunt ſub Scholaſticorum nomine in Anthologia Latina carmina, quibus, interdum decies vel duodecies, eadem ſententia vel idem verſus variatur. Alii thema, quod vocabant, ſeu argumentum fabulae alicuius ex Virgilio vel aliunde deſumtum verſibus modo ex Virgilio conſarcinatis in Centonis morem, modo ad Virgilii exemplum formatis, pertractarunt. Sunt vero in his multa non malae notae carmina; ſunt ſingula loca, ſinguli verſus docte et ornate facti. Comparet v. c. aliquis narrationem de adulterio Martis et Veneris Anthol. Lat. P. I, Ep. 72. Non defuit homini, qui id ſcripſit, ingenium nec poetica oratio: defuit iudicium ad ſummam carminis conſtituendam et ad eliminandam copiam otioſam et inanem. Adde ibid. lib. I, ep. 89 et al. Lecto itaque Virgilii carmine adſcripſerunt in margine codicis ſui hi homines ea, quae ipſi tentauerant, ad variandam vel amplificandam ſententiam; idque inprimis in minoribus his Virgilii carminibus factum apparet; multo autem maxime in Culice, cuius, ſi recte iudico, plus quam dimidia pars eiusmodi Scholaſticorum verſibus conſarcinata eſt. Verſus hos aut inter lineas aut in margine adſcriptos librarii indocti, qui codicem deſcribebant, forte etiam vt

pleniorem

pleniorem codicem venditare poſſent, in ipſum carmen inſerſerant; atque ſic euenit, vt illud interpolatum miſere et modo verſibus ſatis bonis, modo inſcitis et indoctis, aut hiulcis, et ſcabris, foedatum ad nos peruenireț. Quod non animaduerſum fraudi fuit viris doctis, quos, tam diuerſae notae monetam eodem loco habentes, in multis trepidare neceſſe fuit. Facile adeo ex his poteſt intelligi, fundum quidem carminis eſſe poſſe Culicem illum Maronianum, ſed attextas eſſe a Scholaſticis et Grammaticis lacinias plurimas, quibus priſcus carminis nitor plerisque in locis admodum attritus vt ſit neceſſe eſt.

Atque haec ipſa faciunt, vt vix cum delectatione, nec niſi ab eo, qui iam aliquantum in poetarum lectione verſatus ſit, legi poſſit hoc carmen *). Male enim cohaerent tot panni a diuerſis hominibus affuti, et natae ſunt ex eo ipſo corruptelae dictionis et ſententiae plurimae; vt adeo in his carminibus res aliter procedat, quam in ſuperioribus voluminibus, cum in interpretationis ſubtilitate maior ſtudii noſtri pars verſaretur. Redit enim haec opera fere tota ad criticas animaduerſiones, lectionemque

 conſtituen-

*) Patrio ſermone, octonis verſibus in ſtrophas coeuntibus, redditum eſt hoc carmen a Spenſero, poeta nobili Britanno (*Virgil's Gnat*), in eius Opp. Nec ſine voluptate illud facile perlegas. Adeo mihi vel hoc exemplo patuit, quanto expeditius eſſet poetam carmine vernaculo reddere, quam verba ſubtiliter interpretari. Nihil enim vetabat ſententias integras ſummatim efferre eiusue partes in quemcunque placeret ſenſum deflectere, aut verba corrupta aptis et idoneis permutare.

conſtituendam vel emendandam. Propoſitum itaque velim hoc volumen adoleſcentibus, qui in critico ſtudio exercere ingenia volunt, tamquam campum, in quo luſus huius ingenui periculum aliquod faciant aut guſtum ſaltem ſibi comparent.

Caeterum moleſtiae in hoc et ſequentibus carminibus enarrandis deuorandae fuere plurimae, longeque maximae, antequam lectionis originem et progreſſum ad emendationem ſatis accurate cognoſcere liceret. Nunc ſatis mihi liquet Culicem ſtatim in editione principe vulgatum, inde in multis aliis editionibus repetitum, vix tamen criticam manum eſſe expertum ante P. Bembum. Nam in Domitii Calderini, Pomponii Sabini, et Badii Aſcenſii commentariis praeter vulgarem varietatem nihil occurrit, quod ad emendationem poetae faciat. Bembus autem praeter alterum illum codicem, qui totum Virgilium complectebatur, codicem peruetuſtum adhibuit, truncum tamen et mutilatum, quippe cui, praeter *iuuenilis ludi* libellum et Bucolica ac Georgicorum primi libri partem, nihil ſuperarat (conf. Tom. I, pag. XLVIII). Liber autem ille iuuenilis ludi continebat *Culicem*, *Diras*, *Copam*, *Eſt et Non*, *Vir bonus*, *Moretum*, *Roſas*. Haec ipſe Bembus expoſuit in Dialogo *de Culice et Terentii fabulis*, in quo ex codice illo Culicem recenſuit. Exiit ille liber primum a. 1530 apud fratres Sabbios Venetiis: cum iam dudum ex eo codice recenſio minorum carminum Virgilii facta eſſet ab Aſulano. Aldus enim, in epiſtola ad P. Bembum editioni 1514 Naugerii auxilio emendatae praefixa,

ixa, *Virgilii lusus, quos Bembus correctissimos habeat, tunc se editurum esse promittit, cum ab eo acceperit*, quod futurum putabat breui; verum morte praeuentus fidem non exsoluit Aldus; perfecit tamen Asulanus, qui 1517 *Diuersorum poetarum in Priapum lusus, P. V. M. Catalecta, Copam, Rosas, Culicem, Diras, Moretum, Cirin* etc. edidit, emendata a se, vt ait, collatis pluribus exemplaribus. In hac recensione Culicis Bembini codicis lectio in multis locis recepta est, nec tamen in omnibus, quae Bembus mox ex codice suo constituisse videri voluit. Repetita illa est in aedibus heredum Aldi et Andreae soceri 1534, mutatis tamen passim lectionibus, inprimis in Cirin. Vt adeo trina sit Aldina recensio; primo antiquior nec emendata ed. Ald. 1505, altera 1517 et tertia 1534. Quae passim a me excitatur tamquam melioris lectionis fundus, media est anni 1517. Aldinam non vidi qui ante oculos haberet, praeter Ge. Fabricium, qui alia et ipse emendasse aut aliorum emendationem admisisse videtur. Heinsius tractauit tertiam. Sed Bembina castigatio a multis recepta est, inprimis Venetis et Antwerpiensibus. Comparauit mox veterem membranam seu excerpta P. Pithoei et aliam Ant. Contii ICti membranam, etiam editiones *veteres*, Iosephus Scaliger, idemque emendationes *adiecit* plurimas, doctas vtique, sed raro vlla *ingenii* vel dictionis ac numeri facilitate se probantes. *P.* Pithoeus, qui haud multo post Scaligerum *Epigrammata* et Poematia vetera edidit, hactenus *non* nihil in Culicem et Cirin contulisse

videri debet, quod in eo lectiones occurrunt nonnullae, quas apud alios non obseruaui. Scaligeranas emendationes sine delectu recepit omnes Taubmannus, qui Culicem commentario instruxit, sed qui totus ex Scaligeri opibus aliisque eruditis copiis, inprimis Barthii, qui Aduers. lib. XX, 13 et 19. XXI, 3 et 9 et 18. 20 et 23 Culicem emaculare voluit, consarcinatus est; qui enim ingenio suo adeo indulgere narratus est, Taubmannus, iudicio suo ipse nihil prorsus tribuisse videtur; adeo totus ex aliorum acumine pendet. Bembina hinc lectio Scaligerana emendatione passim interpolari coepit; idque diuersorum virorum doctorum opera. Nam et in Heinsianis ac Burmannianis editionibus satis inconstanter multa expressa esse vidi. Cum in priore editione, quoniam per totum Maronem hoc secutus eram, lectionem editionis Burmannianae maioris, quam in nonnullis ab Heinsiana, etiam a minore Burmanni 1704, discrepare vidi, retinuissem: in noua hac recensione paullo licentius versatus sum in lectione mutanda, quoties ratione satis idonea id me facere arbitrarer. Iis enim instructus eram copiis, vt aliquid mihi hac in opera sumere possem. Nam praeterquam quod lectionis origines inuestigaueram, ad manus erant cum edd. veteres, quae antiquam lectionem habebant *), tum Bembinae lectionis auctoritas cum reliquis

*) Excusi edd. Vicentinam 1479 et Ven. 1486, Ven. 1482, Ven. 1484, Norinb. 1492, Ven. 1495, Ed. s. l. et a. Culicis et alior. minorum Carminum.

liquis edd., in quibus emendatus est Culex vel ntatus. Habueram iam in priore editione variam ctionem, quam e codice suo excerptam miserat d me Io. Ge. Gu. Koehler V. C., alteram codicis lelmstadiensis a. 1450 exarati mihi obtulerat Wernsorfii, viri doctissimi et humanissimi, beneuolentia. n noua hac recensione ad manum fuere schedae Io. chraderi cum descriptis ab eo schedis Nic. Heinsii, uius sagacitatem in poetis emendandis nemo alius equauit *). Nolui tamen quae elegantius refinxeat obtrudere indoctis grammaticis interpolatoribus; quorum fraudes hunc eundem virum acutissimum tam parum odoratum esse saepius miratus sum. Omnino valde diuersa inter se habenda sunt: restituere veteris poetae lectionem etiam haud bonam, si haud bonus est; et, poetam refingere, et minus probis substituere meliora. Hoc non critici est, sed udicis.

Extant adhuc passim in bibliothecis, inprimis n Regia Parisiensi, codices, qui poematia illa miora, quae sub Virgilii nomine venire solent, modo plura, modo pauciora, interdum Moretum tanum aut aliud carmen, exhibent. Quos codices si

*) Edidit nuper (1766) *Frisemannus* V. C. *Collectanea critica*, in quibus Cirin Culicem exprimi curauit m coniecturis nonnullis Io. hraderi magistri sui, quas *marginem libri* adnotaab *oblivione* vindicare it; adiecit quoque ex eodem libro lectiones variantes in Cirin codicis Basileensis, in Culicem Petaviani et Vossiani. Cum mihi pleniores Schraderi schedae obtigissent: multa licuit diligentius constituere, et, quae Heinsii essent, seiungere ac discernere.

ſi excuſſos, ſaltem inſpectos a viris doctis, qui ea loca adeunt, audiuero; multo magis laetabor, quam ſi tot vulgares libros, qui Aeneidem, Georgica, et Eclogas habent, quorumque comparatione nullus prorſus fructus ad illa carmina expectari poteſt, in medium proferri videam. Niſi enim, in codicum inſpectione et vſu, iudicio ſano et recto vtaris, ex vtilitatem, quae ex ea opera proficiſci poteſt, expendas: nullum facile eſſe poteſt aliud ſtudium tam ieiunum, futile et liberali homine vix dignum, quam hoc, quod in excutiendis librariae inertiae quisquiliis collocari ſolet.

P. VIR-



bona pastoris !— Cul. 57.

P. VIRGILII MARONIS

V L E X

AD OCTAVIVM*)

ARGVMENTVM

Pastor gregem mane in pascua eductum sub medium diem ad fontem in agro Thebano sub Cithaerone (cf. ad v. 108) comduxerat, qui erat in valle silvosa; ipse iuxta explicuit se et obdormivit — 160. Ecce magnus serpens in locis, quae circa fontem erat, paludosis aestum levare solitus advolvitur et pastori iratus minat — 180; cum forte fortuna Culicis aculeo in oculi angulo facto expergefactus ex somno pastor manu quidem ad vulnus data miserum Culicem attritu interimit, vigilantibus tamen oculis serpentem sibi minantem aspicit. Itaque exilit et arripto trunco serpentem trucidat — 200. Nocte sequente Culicis umbra

*) Petauiano codici praescripserat haec: „Poetarum facundissimi, P. V. M. condiscipuli Octauiani Caesaris Augusti mundi Imperatoris, iuuenalis ludi libellus. Incipit Culex.„

vmbra paſtori ſe per ſomnum offert, grauiterque cum eo ex
lat, quod ſe, qui ei ſalutis auctor fuiſſet, manus affliſi
priuaſſet — 230. Tum exponit errores ſuos per loca inferc
certa nondum aſſignata — 383. Paſtor altero die, vt Cu
ficium perfolueret, tumulum ei exſtruit variis floribus frut
que conſitum et titulo ornatum — ad fin. Videtur autei
etſi diſerte poeta non expoſuit, eo conſilio feciſſe, vt ad ſede
tam in locis inferis admitteretur vmbra Culicis: ad eum n
quo fine tumuli honore nec aliae vmbrae Stygem tranare
creditae ſunt.

Luſimus, Octaui, gracili modulante Thal
Atque, vt araneoli, tenuem formauimus o
Luſimus: haec propter Culicis ſint carmina dic
Omnis vt hiſtoriae per ludum conſonet ordo
Notitiae, ducam voces: licet inuidus adſit.

Qui

2 *f. vſum* Mſ. Helmſt., et *vrſum* ſcripti Petau. et Voſſ. ap.
ſed nil mutandum idem cenſet; *ſtruere orſus* api Plin. XI,
nonnullis codd. 3 *hac propter* Scaliger malebat; nil refert
a Bembo eſt; antea *ſunt*. Nic. Heinſ. coni. *Luſimus haec pr*
Culici ſic e. d. Voſſ. et Petau. *docta*. 4. 5 partim ex Sc
emendatione partim aliunde conſtituta lectio. Vulgata, qua

Cum difficultates, quae in hoc carmine occurrunt, lectionis fere deprauatae ſtribligini debeantur: plerorumque locorum enodatio ex Var. Lect. expoſitione erit petenda.

Exordium vsque ad v. 40 continuatur. Expoſito argumento, Phoebum, Muſas, et Palem, tum Octauium invocat: quem puerum appellat, cuiusque nondum res vllas geſtas, quas commemorare poſſet, habuiſſe videtur. Octauianum Caeſarem vulgo intelligi video; perperam vtique. Cum ei primum commendatus eſt Maro: cenate, non iam *Octauius* ſed *Caeſar Octauianus*, *puer*, ſed *iuuenis*, vt in Nec huc faciunt, quae vocis *pueri* diſputari Videtur eſſe Octauius, in Catalectis n. XIV fit; nec tamen conſtat, idem, qui ap. Horat. *O optimus*.

1. *gracili Thalia* prau tatione dictum ex illo: *cili auena, tenui carmine* comparatio, ab aranea turam ordientis conatu ta, ſuauis.

4. 5. *vt omnis ordo*

lij

Quisquis erit culpare iocos Musamque paratus: 6
Pondere vel Culicis leuior famaque feretur.
Posterius grauiore sono tibi Musa loquetur
Nostra: dabunt cum securos mihi tempora fructus:
Vt

dius et Taubmann. cum Barthio frustra conantur interpretari, in vett. edd. erat: *Omnis et h. — c. o. Notitiaeque ducum voces;* nec Bembus quicquam mutauit, nisi quod *Omnis vt* correxit. Legebatur quidem in nonnullis *Nutritae:* etiam *Nutrices:* sed hoc interpolatum ex vitiosa lectione: *Notitraeque* pro *Notitiaeque.* In quibus? cum sententia idonea non occurreret, Scaliger emendabat: *Omnis vt historiae profundens consonet ordo Notitiae, ducam vocem licet? inuidus abfit.* Emendatio dura et coacta, et cuius sensum ipse vix satis habet quomodo exponat: *vt omnis ordo historiae notitiae consonet, ducam vocem. Deducam vocem in re tam tenui et humili, vt filius conueniat materiae.* Et *profundens* quidem mſ. Pithoei habebat, sed quo sensu? an pro, *fudens?* Quanto vero melius *per ludum:* cui adscriptum forte glossema *(pro fudens)* arripuit librarius Pithoeani exemplaris. *Notitiae historiae* iungit Scaliger, vt fit pro *historicae*, vt tot alia apud poetas occurrunt. *ducere vocem* vt, *ducere filum.* Barthius Aduerſ. XXX, 24, et XIX, 13 miro acumine *Notitiae pecudum voces* legere suadebat. Sed nec hic nec in caeteris quicquam proficit. Heinſ. *adducam vocem licet:* vt sit *adducere vocem*, contrarium *remittere.* Mihi quidem de hoc loco ita videtur. Cum totum hoc exordium satis ieiunum sit, interpolatum quoque illud est a v. 3 ad 7, in quibus nihil est, quod non ineptum versificatorem redoleat. Nec tamen interpolatio profecta ab vna manu: nam vſ. 5 ab homine, inscito prorsus, insertus videtur; a doctiore vſſ. 3. 4 *Iuſimus: haec propter Culicis fint carmina tilla, Omnis vt historiae per ludum consonet ordo;* h. e. Cum lusus hoc esse debeat carmen, nomen quoque imposui ludicrum Culicis, *vt omnis historiae ordo*, h. tota narratio, *consonet per ludum*, h. ludicra sit, ipso quoque titulo. His adscripsit indoctus homo barbare: *Notitiam dicunt voces:* pro: dant voces, nomina, tituli, notitiam, scil. rei, quae tractatur. Haec prave scripta ab aliis: *Notitia ducii voces:* vnde vulgaris lectio enata; hinc ex seqq. expletus versus: *licet inuidus adſit.* Dubito vero omnino, an ante versum 41 quicquam sit, quod a Marone profectum esse dixeris. 7 *feratur* mauult Scalig. et Heinſ. 8 *Poſt erit, vt grau. — loquatur* emendat Heinsius. *Posterius* tamen apud Lucret. quoque occurrit. *g. sono Musaque* mſ. Helmſt. 9 *Dicta* Voſſ. *dabunt cum fucuros mihi tempora fructus.* Insita Minerua scriptus versus. Significare voluit *fructus ingenii, studii, otii:* quibus conueniret *maturos:* quod et Heinſ. coni. *dabunt cum maturos mihi* (vel *fua) tempora fructus.* Nisi forte scriptum fuit:

ſecuros — portus: sic secessus et otia Musarum contubernio exacta appellant poetae.

historiae, pro historicae, *consonet per ludum, ducam voces*, h. deducam, canam. Sed vide Var. Lect.

13. *educat*,

10 Vt tibi digna tuo poliantur carmina ſenſu.
Latonae magnique decus Iouis aurea proles
Phoebus erit noſtri princeps et carminis auctor,
Et recinente lyra fautor: ſiue educat illum
Alma Chimaereo Xanthus perfuſa liquore,

10 *Vt te d. ſuo* Voſſ. *Vt mihi* cod. Koeleri; ſed *tibi* in marg *digna tuo* a Bembo emendatum. Vulgo: *dignate. digna nato liantur* Petau. *d. ſuos poliant vt* Voſſ., vnde *Et tibi digna ſuos po vt carmina cenſus* em. Heinſ., vt *cenſus* ſit vt Quinctil. Decl. XI *vagari tu nolles apes, in opus exire, et ad quotidianum* cenſum l *ris* aſſidui *non detrectare militiam?* Verum nihil in his eſt, q *ſponte* fluere dixeris. 11 Scabra verborum iunctura: cui ſuc *poterat: Latonae decus, et magni Iouis aurea proles:* vel *Latonae s num decus, et Iouis aurea proles.* Heinſ. em. *L. magnique adeo I* Idem: *Iouis decus* ſcripti. Lege *Iouis genus.* Pompon. Sabin. *dat: Latonae et Iouis a. p.* 12. 13 Languent haec, ſed poetae te culpa. *Phoebus erit:* quidni *Phoebus adeſt. recanente* Scalig libb. reponi vult. *Atque canente* Koel. emſ., ſed et *recinente* in m *educet* mſ. Helmſtad. *educat* Pompon. Sab. „puto, intelligi co „quod enim colimus, fama, obſeruatione, et veneratione nutrimu Commodior poetae ad manum erat ratio: *ſeu detinet illum.* Ia V. C. coni. *ſiue occupat i.* Heinſ. coni. *Te recinente lyra: ſiue al e.:* haud dubie terſius, an vere, non dicam. 14 *Xanthus* e Be emendatione; antea: *Xanthi.* Sic *alma* de Latona accipiebant. Scaliger hoc idem *Xanthi* reuocabat, et *vrbs* ſubintelligebat, ſcili ne vllus facile verſus in hoc poematio ſcabritie ſua careret. Le quoque *Luna* Badius teſtatur. Heinſ. videtur coniecisse *cruore* adeo cogitaret de Chimaera caeſa in iſtis locis a Bellerophonte. Et in Voſſ. eſt *Xanthi*, et inf. 304 *Et Simois Xanthique liquor* (ibi ta de Scamandro). Vnde Io. Schrader. emendabat: *Alma Chimaera Xanthi perfuſa liquore.* Vix tamen Apollinem ad Chimaeram m tem referas. Poterant aduocare Antonin. Lib. 35, vbi Apolli et Dianam amne Xantho abluit Latona: *ἀφίκετο εἰς Λυκίαν, ἐν φερομένη τὸν παῖδας ἐπὶ τὰ λουτρὰ τοῦ Ξάνθου.*

13. *educat*, debet eſſe pro tenet, habet; vt *nutrire, τρέφειν, φιλεῖσθαι.* vid. Var. Lect. *Alma Chimaereo Xanthus perfuſa liquore. Xanthus* vrbs Lyciae, Apollini ſacra, cum tota Lycia; nec multum aberat Latonae templum, *τὸ Λητῶον*, nobile, v. Strab. XIV, p. 981 B. C., ſitum cum vrbe ad fl. Xanthum; vnde h. l. *Xan perfuſa liquore Chimaereo:* vrbs, quam alluit amnis X thus. Sane is quidem monte Chimaera, quae p Cragi fuiſſe et ad mare p tinuiſſe videtur, ortum bere vix potuit. Ita ad geographicam ſubtilitat poeta h. l. non reuocand

15. *ne*

nemus Asteriae, seu qua Parnassia rupes
c atque hinc patula praepandit cornua fronte,
laliaeque sonans liquido pede labitur vnda.
are, Pierii laticis decus, ite, sorores
des, et celebrate deum plaudente chorea.
ubi, sancta Pales, ad quam ventura recurrit
estum bona cura, sequi sit cura tenentis

Aereos

5 *Seu nemus Asteriae.* Etiam hoc a Bembo. Vulgo: *decus astri-* quod de Sole accipiebant; alii, et in his Voss. cum Petau., *de-strigeri* vel *astrigerum:* quod Pompon. Sab. interpretatur. Sca-ait, *omnes antiquitus excusos* habere *astriferum;* quod verum non quinque enim, quas in manibus habemus, vett. edd. *astrigeri* ent: quod eidem in Contii libro occurrebat, et Petau. *astrife-* vel *astrigeri.* Idem coni. *Seu specus oestriferum*, vt intelligatur s Delphicum; sed mox tuetur *decus astriferum;* perperam vti-agitur enim de locis, quae Phoebus frequentat: Xantho, De-arnasso. Delum autem per Asteriam declarari, obuia res est. tentabat: *Seu specus Asteriae;* vel *Seu tesqua A.* 16 *praeten-* auult Scalig. e ms. Pithoei. 17 Ante Bembum: *liquido prae-r.* Tum Scaliger e ms. Pithoei mauult: *Castalia et resonans.* Suppositiitios versus esse arbitror: alienos vtique a sententia. *noris* Voss. *ite* pro venite. *Naiades* pars vett. edd. Sic saltem *Vos quoque, P. — ite — Naiades celebrare deum. ludente* ante etiam in Ald. 20 — 23 Foede haec corrupta; nisi forte, suspicor, totus locus ab interpolatore, haud vno, profectus est. ssa est lectio Bembina. Antea vno versu extruso lectum: *Et tu ad quam ventura recurrunt Agrestum bona, secura sit cura canen-Aerios nemorum saltus feror inter et astra.* Primum video in Al-vett. poet. Ius. 1517 — *se cura sit cura tenentum Aerios nemorum siluasque virentis, Te cultrice vagus saltus feror inter et astra.* liter in seqq. Ven. vt Iunt. 1532, nisi quod correctum est: *secu-ura canentis.* Petau. et Voss. *A. bona cura sequi secura tenentes.*

Videbimus

. *nemus Asteriae.* De-vetere nomine. v. Cal-h. in Del. 36. 37. Plin. 23.

16. Parnassus mons lon-rocurrit versus septen-em, donec cum Oetaeis continuatur. v. Strab. ag. 638 B. Sed auctor m montis versus meri-in theatri modum pa-tentem describere voluit. Ib. p. 640 A. τὸ δὲ νότιον (αὐτοῦ μέρος κατέχουσιν) οἱ Δελφοὶ πετρῶδες χωρίον, θεατροειδὲς, κατὰ κορυφὴν ἔχον τὸ μαντεῖον καὶ τὴν πόλιν. Subiecta erat camporum planities versus mare decliuis, qua ludi Pythici habebantur.

18. *sorores Naides*, h. l. Musae. Ad 20. 21 v. Var. Lect.

Aereos nemorum tractus siluasque virentes.
Te cultrice vagus saltus feror inter et astra.
At tu, cui meritis oritur fiducia chartis,
Octaui venerande, meis adlabere coeptis,

San

Videbimus de singulis: *Et tu*, *s.* praefero: quod et Voss. habet. *quam ventura recurrunt Agrestum bona:* quandoquidem pecudun frugum eius cura prouenientium primitiae ei libantur. *venturae* i *bae*, *ventura lana*, apud poetas occurrunt. v. Barth. Aduers. XIX Praestat tamen sic: *ad quam ventura recurrit Agrestum fetura*, alii libri ducunt, etiam Voss. Sequentia possint forte sic consti *tibi sit cura canentis Aerios nemorum tractus* (pro altis, editis, damno) *siluasque virentes Te cultrice* (o Pales, vt iuncta illa sint: *rentes Te c.*), *vagus saltus feror inter et antra.* Nam *astra* sen idoneum non habent; sed poeta, per nemorum recessus vaga fertur *inter saltus et antra.* Scaliger e membrana Pithoei probab

Et tu, sancta Pales, ad quam ventura recurrit
Agrestum bona sors cura secura, tenes quae
Herbiferos saltus nemorum siluasque virentes,
Te tutrice vagus s. f.

Aliam item membranam eandem lectionem habere, quamquam p lo deprauatiorem, testatur. *tenes quom* antiquitus fuit exaratum Pith. Omnia in his dura sunt. *bona sors* debet esse copia la prouentus lactis, quia est pastoralis dea; ea sors *secura ab omni* dicta, quia sine omni cura ac labore illam percipiunt pastores. I bat haec Barthius Aduers. XIX, 13, nisi quod v. 21 *curae secura* sc iubet. 20 *ventura.* Koeler. ms. in marg. *veritura*, et v. 21 *fet sit cura tenentum*, v. 22 *A. n. saltus*, et in marg. *cultus*, quod et V ms. habet; et v. 23 *inter et arua.* In ms. Helmst. corruptiora er *Et tuscam palem ad quam: ventura recurrunt agrestum bona vobi cura retentum.* In v. 21 Heins. coni. *bona turba:* et v. 22 *saltus f inter et arua* vel *antra*, hoc bene; etiam *vagos saltus*, quod probo. In alteris schedis varie tentat: *ad quam* votura *recu agrestum bona turba*, *sequi sit cura canentem.* Item: *ad quam vo recurrit agrestum fetura.* Naso III Am. 13 *Accipit ara preces votiua tura piorum:* sic *votiua chori* Stat. Theb. IV, 209. Iterum: *sequi cura tenes quae Herbiferos tractus nemorum.* Io. Schrader. ap. Fris *Et tu, s. P. ad quam votiua recurrit agrestum, bona diua, frequens tura, tenetque.* 24 *At* Bemb. *Et* Aldina et al. *castris* ms. C tii et Petau., ex vitio scripturae ortum, vt in Helmst. *castis.* Ead varietas, *castris* et *chartis*, est ap. Tibull. IV, 1, 39. Attamen, r ait Scaliger: *Tu qui, vt veteres loquebantur, belli clues.* Hoc et rum per se et a loco alienum. Octauium inuocat, cui iam laud meritarum copia fiduciam facere potest, vt poetae tutelam suscip *chartae* pro carminibus, vt apud Tibull. IV, 1 aliquoties. *cui teritur fiducia* emendabat Barthius Aduers. XIX, 13, parum venu *meritis f. tantis* Aldina 1517 et hinc Ge. Fabric., quod malim poet dedisse, tamquam luculentius. Et potest ex praua scriptura certae aetatis ex *aetis* factum esse *cartis.*

Qmisquis erit culpare iocos Muſamque paratus: 6
Fondere vel Culicis leuior famaque feretur.
Poſterius grauiore ſono tibi Muſa loquetur
Noſtra: dabunt cum ſecuros mihi tempora fructus:
Vt

dus et Taubmann. cum Barthio fruſtra conantur interpretari, in vett. edd. erat: *Omnis et h. — c. o. Notitiaeque ducum voces:* nec Bembus quicquam mutauit, niſi quod *Omnis vt* correxit. Legebatur quidem in nonnullis *Nutritae:* etiam *Nutrices:* ſed hoc interpolatum ex vitioſa lectione: *Notitraeque* pro *Notitiaque.* In quibus cum ſententia idonea non occurreret, Scaliger emendabat: *Omnis vt hiſtoriae prolatus conſonet ordo Notitiae, ducam vocem licet: inuidus abſit.* Emendatio dura et coacta, et cuius ſenſum ipſe vix ſatis habet quomodo exponat: *vt omnis ordo hiſtoriae notitiae conſonet, ducam vocem. Deducam vocem in re tam tenui et humili, vt ſtilus conueniat materiae.* Et *prolatus* quidem mſ. Pithoei habebat, ſed quo ſenſu? an pro, *ludens?* Quanto vero melius *per ludum:* cui adſcriptum forte gloſſema *(pro ludens)* arripuit librarius Pithoeani exemplaris. *Notitiae hiſtoriae* iungit Scaliger, vt ſit pro *hiſtoricae*, vt tot alia apud poetas occurrunt. *ducere vocem* vt, *ducere ſilum.* Barthius Aduerſ. XXX, 24, et XIX, 13 miro acumine *Notitiae pecudum voces* legere ſuadebat. Sed nec hic nec in caeteris quicquam proficit. Heinſ. *adducam vocem lyrae:* vt ſit *adducere vocem*, contrarium *remittere.* Mihi quidem de hoc loco ita videtur. Cum totum hoc exordium ſatis ieiunum ſit, interpolatum quoque illud eſt a v. 3 ad 7, in quibus nihil eſt, quod non ineptum verſificatorem redoleat. Nec tamen interpolatio profecta ab vna manu: nam vſ. 5 ab homine, inſcito prorſus, inſertus videtur; a doctiore vſſ. 3. 4 *Luſimus: haec propter Culicis ſint carmina dicta, Omnis vt hiſtoriae per ludum conſonet ordo:* h. e. Cum luſus hoc eſſe debeat carmen, nomen quoque impoſui ludicrum Culicis, vt *omnis hiſtoriae ordo*, h. tota narratio, *conſonet per ludum*, h. ludicra ſit, ipſo quoque titulo. His adſcripſit indoctus homo barbare: *Notitiam durunt voces:* pro: dant voces, nomina, tituli, notitiam, ſcil. rei, quae tractatur. Haec prauе ſcripta ab aliis: *Notitia ducit uoces:* vnde vulgaris lectio enata; hinc ex ſeqq. expletus verſus: *licet inuidus adſit.* Dubito vero omnino, an ante verſum 41 quicquam ſit, quod a Marone profectum eſſe dixeris. 7 *feratur* mauult Scalig. et Heinſ. 8 *Poſt erit, vt grau. — loquatur* emendat Heinſius. *Poſterius* tamen apud Lucret. quoque occurrit. *g. ſono Muſaque* mſ. Helmſt. 9 *Dicta* Voſſ. *dabunt cum ſecuros mihi tempora fructus.* Inuita Minerua ſcriptus verſus. Significare voluit *fructus ingenii, ſtudii, otii;* quibus conueniret *maturos:* quod et Heinſ. coni. *dabunt cum maturos mihi (vel ſua) tempora fructus.* Niſi forte ſcriptum fuit: *ſecuros — portus:* ſic ſeceſſus et otia Muſarum contubernio exacta appellant poetae.

hiſtoriae, pro hiſtoricae, *conſonet per ludum*, *ducam voces*, h. deducam, canam. Sed vide Var. Lect.

13. *educat*,

Vt tibi digna tuo poliantur carmina ſenſu.
Latonae magnique decus Iouis aurea proles.
Phoebus erit noſtri princeps et carminis auctor,
Et recinente lyra fautor: ſiue educat illum
Alma Chimaereo Xanthus perfuſa liquore,

S

10 *Vt te d. ſuo* Voſſ. *Vt mihi* cod. Koeleri; ſed *tibi* in margi *digna tuo* a Bembo emendatum. Vulgo: *dignate. digna nato liantur* Petau. *d. ſuos poliant vt* Voſſ., vnde *Et tibi digna ſuos poli vt carmina cenſus* em. Heinſ., vt *cenſus* ſit vt Quinctil. Decl. XII *vagari tu nolles apes, in opus exire, et ad quotidianum* cenſum la ris aſſidui *non detrectare militiam?* Verum nihil in his eſt, q ſponte fluere dixeris. 11 Scabra verborum iunctura: cui ſucc poterat: *Latonae decus, et magni Iouis aurea proles:* vel *Latonae m num decus, et Iouis aurea proles.* Heinſ. em. *L. magnique adeo Io* Idem: *Iouis decus* ſcripti. Lege *Iouis genus.* Pompon. Sabin. I dat: *Latonae et Iouis a. p.* 12. 13 Languent haec, ſed poetae te culpa. *Phoebus erit:* quidni *Phoebus adeſt. recinente* Scalige libb. reponi vult. *Atque canente* Koel. emſ., ſed et *recinente* in ma *educet* mſ. Helmſtad. *educat* Pompon. Sab. „puto, intelligi col „quod enim colimus, fama, obſeruatione, et veneratione nutrimus Commodior poetae ad manum erat ratio: *ſeu detinet illum.* Iac V. C. coni. *ſiue occupat i.* Heinſ. coni. *Te recinente lyra: ſiue alt e.:* haud dubie terſius, an vere, non dicam. 14 *Xanthus* e Be emendatione; antea: *Xanthi.* Sic *alma* de Latona accipiebant. Scaliger hoc idem *Xanthi* reuocabat, et *vrbs* ſubintelligebat, ſcilic ne vllus facile verſus in hoc poematio ſcabritie ſua careret. Lect quoque *Luna* Badius teſtatur. Heinſ. videtur coniecisse *cruore:* adeo cogitaret de Chimaera caeſa in iſtis locis a Bellerophonte. Et in Voſſ. eſt *Xanthi*, et inf. 304 *Et Simois Xanthique liquor* (ibi tam de Scamandro). Vnde Io. Schrader. emendabat: *Alma Chimaera Xanthi perfuſa liquore.* Vix tamen Apollinem ad Chimaeram mo tem referas. Poterant aduocare Antonin. Lib. 35, vbi Apollin et Dianam amne Xantho abluit Latona: *ἀφίκετο εἰς Λυκίαν, ἐπι- φερομένη τοὺς παῖδας ἐπὶ τὰ λουτρὰ τοῦ Ξάνθου.*

13. *educat*, debet eſſe pro tenet, habet; vt *nutrire*, *τρέφειν*, *φέρεσθαι*. vid. Var. Lect. *Alma Chimaereo Xanthus perfuſa liquore. Xanthus* vrbs Lyciae, Apollini ſacra, cum tota Lycia; nec multum aberat Latonae templum, *τὸ Λητῶον*, nobile, v. Strab. XIV, p. 981 B. C., ſitum cum vrbe ad fl. Xanthum; vnde h. l. *Xanthi perfuſa liquore Chimaereo:* vrbs, quam alluit amnis Xanthus. Sane is quidem monte Chimaera, quae pa Cragi fuiſſe et ad mare pe tinuiſſe videtur, ortum h bere vix potuit. Itaq ad geographicam ſubtilitate poeta h. l. non reuocandu

15. *non*

Seu nemus Asteriae, seu qua Parnassia rupes
Hinc atque hinc patula praepandit cornua fronte,
Castaliaeque sonans liquido pede labitur vnda.
Quare, Pierii laticis decus, ite, sorores
Naides, et celebrate deum plaudente chorea.
Et tibi, sancta Pales, ad quam ventura recurrit
Agrestum bona cura, sequi sit cura tenentis

Aereos

15 *Seu nemus Asteriae.* Etiam hoc a Bembo. Vulgo: *decus astrigeri*, quod de Sole accipiebant; alii, et in his Voss. cum Petau., *decus astrigeri* vel *astrigerum:* quod Pompon. Sab. interpretatur. Scaliger ait, *omnes antiquitus excusos* habere *astriferum:* quod verum non est: quinque enim, quas in manibus habemus, vett. edd. *astrigeri* exhibent: quod eidem in Contii libro occurrebat, et Petau. *astriferum* vel *astrigeri.* Idem coni. *Seu specus oestriferum*, vt intelligatur specus Delphicum; sed mox tuetur *decus astriferum:* perperam vtique: agitur enim de locis, quae Phoebus frequentat: Xantho, Delo, Parnasso. Delum autem per Asteriam declarari, obuia res est. Heins. tentabat: *Seu specus Asteriae:* vel *Seu tesqua A.* 16 *praetendit* mauult Scalig. e ms. Pithoei. 17 Ante Bembum: *liquido praelabitur.* Tum Scaliger e ms. Pithoei mauult: *Castalia et resonans.* 18. 19 Suppositities versus esse arbitror: alienos vtique a sententia. *P. nemoris* Voss. *ite* pro venite. *Naiades* pars vett. edd. Sic saltem deb. *Vos quoque*, *P.* — *ite* — *Naiades celebrare deum. ludente* ante Bemb. etiam in Ald. 20 — 23 Foede haec corrupta; nisi forte, quod suspicor, totus locus ab interpolatore, haud vno, profectus est. Expressa est lectio Bembina. Antea vno versu extruso lectum: *Et tu s. P. ad quam ventura recurrunt Agrestum bona, secura sit cura canentis. Aerios nemorum saltus feror inter et astra.* Primum video in Aldina vett. poet. lus. 1517 — *se cura sit cura tenentum aerios nemorum cultus siluasque virentis, Te cultrice vagus saltus feror inter et astra.* Nec aliter in seqq. Ven. vt Iunt. 1532, nisi quod correctum est: *secure sit cura canentis.* Petau. et Voss. *A. bona cura sequi secura tenentes.*

Videbimus

15. *nemus Asteriae.* Delus, vetere nomine. v. Callimach. in Del. 36. 37. Plin. IV, s. 23.

15. 16. Parnassus mons longe procurrit versus septentrionem, donec cum Oetaeis iugis continuatur. v. Strab. IX, pag. 638 B. Sed auctor partem montis versus meridiem in theatri modum patentem describere voluit. Ib. p. 640 A. τὸ δὲ νότιον (αὐτοῦ μέρος κατέχουσιν) οἱ Δελφοὶ πετρῶδες χωρίον, θεατροειδὲς, κατὰ κορυφὴν ἔχον τὸ μαντεῖον καὶ τὴν πόλιν. Subiecta erat camporum planities versus mare decliuis, qua ludi Pythici habebantur.

18. *sorores Naides*, h. l. Musae. Ad 20. 21 v. Var. Lect.

Aereos nemorum tractus siluasque virentes.
Te cultrice vagus saltus feror inter et astra.
At tu, cui meritis oritur fiducia chartis,
Octaui venerande, meis adlabere coeptis,

Sancte

Videbimus de singulis: *Et tu, s.* praefero: quod et Voss. habet. *ad quam ventura recurrunt Agrestum bona:* quandoquidem pecudum et frugum eius cura prouenientium primitiae ei libantur. *venturae herbae, ventura lana*, apud poetas occurrunt. v. Barth. Aduers. XIX, 13. Praestat tamen sic: *ad quam ventura recurrit Agrestum fetura*, quo alii libri ducunt, etiam Voss. Sequentia possint forte sic constitui: *tibi sit cura canentis Aerios nemorum tractus* (pro altis, editis, non damno) *siluasque virentes Te cultrice* (o Pales, vt iuncta illa sint: *virentes Te c.*), *vagus saltus feror inter et antra.* Nam *astra* sensum idoneum non habent; sed poeta, per nemorum recessus vagatus, fertur *inter saltus et antra.* Scaliger e membrana Pithoei probabat:

Et tu, sancta Pales, ad quam ventura recurrit
Agrestum bona sors cura secura, tenes quae
Herbiferos saltus nemorum siluasque virentes,
Te tutrice vagus s. f.

Aliam item membranam eandem lectionem habere, quamquam paullo deprauatiorem, testatur. *tenes quom* antiquitus fuit exaratum in Pith. Omnia in his dura sunt. *bona sors* debet esse copia lactis, prouentus lactis, quia est pastoralis dea; ea sors *secura ab omni cura* dicta, quia sine omni cura ac labore illam percipiunt pastores. Probat haec Barthius Aduers. XIX, 13, nisi quod v. 21 *curae secura* scribi iubet. 20 *ventura.* Koeler. ms. in marg. *veritura*, et v. 21 *fetura sit cura tenentum*, v. 22 *A. n. saltus*, et in marg. *cultus*, quod et Voss. ms. habet; et v. 23 *inter et arua.* In ms. Helmst. corruptiora erant: *Et tuscam palem ad quam: ventura recurrunt agrestum bona vobis sit cura retentum.* In v. 21 Heins. coni. *bona turba;* et v. 22 *saltus feror inter et arua* vel *antra*, hoc bene; etiam *vagos saltus*, quod non probo. In alteris schedis varie tentat: *ad quam* votura *recurrit agrestum bona turba, sequi sit cura canentem.* Item: *ad quam* votiua *recurrit agrestum fetura.* Naso III Am. 13 *Accipit ara preces votiuaque tura piorum:* sic *votiua chori* Stat. Theb. IV, 209. Iterum: *sequi cui cura tenes quae Herbiferos tractus nemorum.* Io. Schrader. ap. Frisem. *Et tu, s. P. ad quam votiua recurrit agrestum, bona diua, frequens fetura, tenetque.* 24 *At* Bemb. *Et* Aldina et al. *castris* ms. Contii et Petau., ex vitio scripturae ortum, vt in Helmst. *castis.* Eadem varietas, *castris* et *chartis*, est ap. Tibull. IV, 1, 39. Attamen, recte ait Scaliger: *Tu qui, vt veteres loquebantur, bedi clues.* Hoc et durum per se et a loco alienum. Octauium inuocat, cui iam laudum meritarum copia fiduciam facere potest, vt poetae tutelam suscipiat. *chartae* pro carminibus, vt apud Tibull. IV, 1 aliquoties. *cui m. teritur fiducia* emendabat Barthius Aduers. XIX, 13, parum venuste. *meritis f. tantis* Aldina 1517 et hinc Ge. Fabric., quod malim poetam dedisse, tamquam luculentius. Et potest ex praua scriptura certae aetatis ex *ætis* factum esse *cartis.*

Sancte puer: tibi namque canit non pagina bellum,
Phlegra Giganteo ſparſa eſt quo ſanguine tellus;
Nec Centaureos Lapithas conpellit in enſis;
Vrit Erichthonias Oriens non ignibus arces;
Non perfoſſus Athos, nec magno vincula Ponto
Iacta, meo quaerent iam ſera volumine famam;
Non Helleſpontus pedibus pulſatus equorum,
Graecia cum timuit venientis vndique Perſas:

Mollia

26 *Sancte puer:* nemo reprehendat dictum ex vſu Romanorum. *tibi:* praeſtabat *mihi:* quod et Io. Schrader: malebat. Mirum lectionis monſtrum mſ. Contii, idem Koeler. mſ. cum Petau. et Thuan., habebat: *Triſte Iouis ponitque canit non p. b.*; vnde Scaliger non dubitanter legebat: *Triſte Iouis Poenique canit non pagina bellum.* Sed ipſe dubitat, *Iouis bellum* ſitne Capitolium a bello obſeſſum, an Giganteum. *Punicum bellum* autem prorſus a loco alienum; iungitur enim: *Poeni bellum, Phlegra G.* Barthius Aduerſ. XIX, 13 emendabat *T. Iouis Otique* ex v. 233, vnde ſelicior ſubnata Taubmanni coniectura: *Triſte Iouis Rhoecique canit non p. b.* Nomen Rhoeci Gigantis notum. cf. ſup. Var. Lect. ad Ge. II, 456. *Triſte Iouis Coique* Io. Schrader. coni., laudato Lucan. IV, 596, et Propert. III, 7, 47, Heinſ. *Triſta Iouis mihi namque canit non p. b.*, aut ſ. *canet* et *compellet*, et *erit*. Idem mox coni. *compellit in Oſſan:* quod alienum. Porro v. 27 *Phlegra tellus* offendit Io. Schraderam, qui emendabat, *Feta G.* cf. Not. 31 *Iacta* emendatum a Bembo. Vulgo *Lecta*. Pinciana 1505 *Lacta*. Petau. mſ. *Laeta;* vnde Heinſ. coni. *Lata*, a ſorendo.

33 *non timuit* Pompon. Sab. habuit in ſuo: ſicque mſ. Koeler.

26. Namque nec Gigantomachiam nec pugnam Lapitharum cum Centauris nec bellum Perſicum cantare aggredior: verum argumentum leue ac humile: in quo, ne auſis excidam, minor metus eſſe debet. Nec obſcura autem illa ratio, vt, quae poeta canit, ea in actum producat verbis: *nec conpellit. nec Orions vrit* etc. conf. Eclog. VI, 62.

27. *Phlegra tellus* appoſita; pro vulgari: Phlegraea tellus, quae etiam Pallene. Sic flumen Metauram, terra Gallia. conf. Scalig. et Taubm., it. Barth. Aduerſ. XIX, 13.

29 ſq. Nouum hoc, vt poeta extra fabulas veteres argumentum carminis quaerat. Primum in Propertio talia ex hiſtoriis, heroum vita ſeriioribus, occurrere memini. Athenas a Perſis crematas quis neſcit? item vincula a Xerxe Helleſponto iniecta?

Mollia ſed tenui percurrere carmina verſu,
Viribus apta ſuis Phoebo et duce ludere gaudet.
Et tu, ſancte puer, venerabilis, et tibi certet
Gloria perpetuum lucis manſura per aeuum;
Et tibi ſede pia maneat locus, et tibi ſoſpes
Debita felicis memoretur vita per annos,
Grata bonis lucens. Sed nos ad coepta feramur.
Ignei

34 *Mollia ſed tenui pede currere carmina verſu* legebatur. *verſu* Voſſ. Imbecillus verſus, quem fruſtra Barthius recreare volebat i terpunctione Aduerſ. XX, 19; Heinſ. *decurrere*, ſ. *decurrens* emend bat; vel cum Scaligero, *percurrere carmina*, vt *percurrere telas pol ne*: idque verum eſſe cenſeo. Niſi totus verſus v. 34 obelo trans gendus, et in antec. verſu *currunt* ſcribendum eſt. *gaudet*, ſcil. gina ex vſ. 26. 35 *V. alta ſuis* mſ. Koeler. *Phoebo duce*: interſe *et*, Heinſio adſtipulante. 36 *Et tu, ſancte puer, venerabilis, et* Bembina lectio. Vulgo: *Hoc tibi* (Pompon. Sab. *Et tibi*), *ſancte pu mortalibus*, et amplectebatur fere hoc Barthius Aduerſ. XX, 19, vt ſet *Sancte mortalibus puer ſemper manebis*. Satis ieiune! Alii, etia Ald., *Hoc tibi ſ. p. memorabile*, *ſic t.* Mſ. Pithoei cum Contii libr *Et tibi ſ. p. memorabitur: et t. c.* Mireris Scaligerum haec refe ad morem apprecandi inter pocula. *En tibi ſ. p. memorabitur* a plectebatur Heinſ. *memorabilis* mſ. Koeler. cum Petau. et Voſſ. S ſpicor fuiſſe: *Et tu, ſancte puer, memorabere: ſic tibi certet Gloria*, Etiam tu olim memoraberis carminibus etc., ſequente poetica affeu ratione: *Sic*. Saltem haec elegantior eſt ratio aliis, in quas fac quisque incidat. Nunc video Io. Schraderum quoque coni. *Et tu, p. memoraberis: et*. Voſſium autem olim: *Huc tu, ſ. p. memor a ſis: et*. 37 *certet — manſura* puto dictum ornate ad Graecam ſc mam, pro permaneat, perſeueranter maneat. Malim tamen vel ſi *Sic tibi cedat Gloria* h. veniat, contingat. Mox *manſura* ſequer ſtatim *maneat* parum nitet. Melius forte *victura*. Sed talia qu praeſtat a verificatore hoc eſſe profecta? *aeuum lucis* vix bene di tum pro lucis, vitae, fatali termino; an *dulcis* fuit? ſc. gloria. *pe petuum lucens* ante Bembum lectum: quod iam praelatum eſt a Sc ligero. In *lucis* quaerebat vocem *culicis* Barth. Aduerſ. XX, 19. Hei coni. *et ſibi perflet Gloria*: et v. 37 *ſaecli* pro lucis. At apponitur i ma poſt mortem v. 38. 39 *Dicita* coni. Heinſ. *memoretur* m leſtum eſt, etiam ad ſenſum. Lego: *numeretur*. Vita ſoſpes t debita numeretur per annos felices; eleganter. 40 *lucens* etia codd. Petau. et Voſſ. Ante Bembum *liceat* legebatur. *bonis luce* ex Aeſchyleo: *ἀγαθοῖς φλέγουσα*, illuſtrat Scaliger. Ergo copula dum erit: — *vita — Grata, bonis lucens*, h. affluens; vel *gra* erit pro aduerbio, vt *gratum lucens*. Heinſ. coni. *bonis Muſis*: *Grata bonis: Ludi ſed nos ad coepta feramur*. Sed totus verſus i terpolatrici manui debetur cum reliquis antecedentibus.

Igneus aethereas iam Sol penetrarat in arcis,
Candidaque aurato quatiebat lumina curru;
Crinibus et roseis tenebras Aurora fugarat:
Propulit vt stabulis ad pabula laeta capellas
Pastor, et excelsi montis iuga summa petiuit,
Lurida qua patulos velabant gramina collis.
Iam siluis dumisque, vagae iam vallibus abdunt
Corpora; iamque omni celeres e parte vagantes
Scrupea desertae perrepunt ad caua rupis.

Tondentur

41 Pro *aethereas* Ms. Pithoei: *etneas*, vnde Scaliger finxit: *Oetneas*: docte vtique: v. ad Ecl. VIII, 30. cf. inf. 202 et Cirin v. 350 et Intpp. ad Senec. Herc. fur. 132, nisi Pithoeanam lectionem ex compendio vocis ortam probabile fieret. *Aetneas* etiam ms. Koeler. 42 *limina* in edd. Fabric., praue. *quatere lumina*, h. l. radios emittere, spargere, esse videtur: etsi haec ipsa malim. Verum etiam in Ciri 350 *lux vbi diem quatiebat*. Contra *quatere equos*, *currum*: vt infra quoque 201. Heins. coni. *culmina* vel *limina*: si tamen iam in altum Sol euectus erat: *limina* aliena sunt. 43 *fugabat* edd. ante Bemb. Sed totus versus tamquam infititius delendus. Est appicta in margine variatio superioris. Inepte quoque aurorae mentio subiicitur, sole iam in altum euecto; et, an eius *crines* ad poeticum morem spectent, non teneo. 44 *Protulit* edd. vett. *Propulit vt st.* Heins. emendauit recte. Vulgo *et*; tum *ad pascua* Ms. Koeler. 46 *Luridam* etiam de pallore dici bene memini: nec tamen in re grata et iucunda. Exc. Pithoei: *Humida*, quod verum esse arbitror, ex *Vmida*. Heins. coni. *Vuida*, etiam bene. Io. Schrader. *Herbida*. Ms. Cont. *Lucida*; quod probabat Scaliger, scil. propter rorem. Laudat Heins. Lucret. II, 319 *Nam saepe in colli — Inuitant herbae gemmantes rore recenti*, et Calpurn. V, 54 *Frigida nocturno tinguuntur pascua rore, Et matutinae lucent in gramine guttae*. Pro *tinguntur* mauult *tanguntur*: vt apud Ouid. in Fast. *tactae rore queruntur aues*. Et paullo ante v. 52 *Humida dulces Sufficit herba cibos*. Lindenbruch coni. *Plurima qua*. In fine versus in membranis Pithoei erat quoque *flores* pro *colles*, perperam. 47 Heins. coni. *cauis iam vallibus*. 48 *celeres*. Heins. coni. *iamque alacres omni de p.*; alteris schedis *certatim e p.*; felicius Io. Schrader. *omni nemoris de p.* 49 *Scrupea desertae perrepunt ad caua rupis*. Est haec Bembina lectio. Edd. vett. ante Bembum cum Voss. habebant: *desertas haerebant ad caua rupes*. Ms. Koeler. *desertis haerebat*, et in marg. *errabant*. Scaliger e ms. Contii probabat: *desertis haerebant ad caua rupis*. Haerere enim et pendere capras. Nec aliter Barth. XX, 19. Sed et *repere*, ac *perrepere* propria caprarum sunt. cf. inf. 103. *p. auia rupis* coni. Heins., etiam in Aduersar. p. 51. Io. Schrader. *ardua, deuia*.

47 sqq. Luxuries ornamentorum in capellis pascendis facile offendat etiam minus morosum. Laudat Taubmann.

Tondentur tenero viridantia gramina morsu,
Pendula proiectis carpuntur et arbuta ramis,
Densaque virgultis auide labrusca petuntur.
Haec suspensa rapit carpente cacumina morsu
Vel salicis lentae, vel quae noua nascitur alnus:
Haec teneras fruticum sentes rimatur: at illa
Inminet in riui praestantis imaginis vndam.

O bona

50 *Tondebant* edd. vett. Eaedem cum codd. Voss. et Petau. hunc versum ante v. 49 collocabant: minus scite. Mox *tenero* — *morsu*. Offendit, quod versus abhinc tertius iterum in *morsu* exit. Promtum erat *tenero dente* substituere. Erythraeus apud Taubmann. *mansu* legit, quod a *mandendo* finxit. 52 *labrusca*. Mire corrupta fuit haec vox in Iulii Pomponii libris: *vel brusta*. Addit ille: „Brus„tum arbor est, quae ad ornamentum mensarum fecatur: meminit „Plin. lib. 16. Alibi inuenio *bruscum* esse genus arboris.„ Sed et apud Plin. XVI, 16, s. 27 *bruscum* est tuber aceris: alienum ab h. l. Iam *labrusca petita est*: ms. Helmst. ad vocis communiorem formam. At vulgata defenditur a Nonio, qui hunc versum laudauit. vid. sup. p. 1 Prooemii. 53 *Haec suspensa* recte iungit Taubm. ipsa erigens se capella. Olim male: *Nec s.* Sed displicet *carpente* post *carpuntur* et *morsu* post v. 50. Io. Schrader. coni. *rodente m.* 54 Heins. malebat: *vel quae*: aut: *vel, quae n. pascitur, alni*. Voss. *Haec s.* et *pascitur a.* 55 *sentes*: quidni *frondes*? Heins. coni. *tenerae fruticem sentis*. vid. Calpurn. Ecl. V (versum quem respiciat, non reperio). *sentes ruminatur* ms. Koeler. 56 Nimis horret versus, si *vnda riui praestantis imaginis* dicta esse debet: itaque cum corruptum esse nullus dubito. Ita quoque Scaligero visum, qui legebat: *Imminet irrigui praestanti*, vel *properanti marginis vndae*: in quo facilitatem ingenii et versus non minus desideres. Refingerem saltem sic: *praetenti* vel *praetexti marginis*. Sed suauior multo est vulgaris lectio, modo si *imaginis vmbram* legas poetice pro imagine in riuo visa: in hanc illa desuper e ripa imminet, prospectando. In *praestantis* videtur latere *prostans* aut ipsa aut ripa. Nam *prostans* prominens, vt *prostans angulus* apud Lucretium, *prostans rupes*. Iam *ex riui vnda* ms. Helmst. Possit sic refingi: *Imminet e ripa prostante in imaginis vmbram*: nisi malis *prostans in i.* Heins. coni. *in riui*, vel *irrigui*, *praestantes marginis*, vel *graminis*, *vndas*. In altera scheda: „*Imminet irrigui praestantis* (vel *properantis*) *imaginis vmbra*. In Ca„talectis Epigr. de Narcisso: — *Cernis ab irriguo repetentem gramine* „*ripas, Vt per quas periit crescere possit aquas*;„ memorat quoque Pontan. ad Macrob. II, 9.

mann. locum e Colum. VII, 6, vnde haec omnia expressa videri possint. Sed in similia rerum phantasmata quivis facile poeta inciderit, etiam Columella non lecto.

61 sqq.

Illi dulcis adest requies, et pura voluptas,
Libera, simplicibus curis: huc inminet, omnis
Dirigit huc sensus; haec cura est subdita cordi,
Quolibet vt requie victu contentus abundet,
Iucundoque liget languentia corpora somno.
O pecudes, o Panes, et o gratissima Tempe
Fontis Hamadryadum: quarum non diuite cultu
Aemulus Ascraeo pastor sibi quisque poetae
Securam placido traducit pectore vitam.

Talibus

Sensus autem: agricolis sunt herbae florentes, quae turis pretiosi vicem sustineant. Sed vss. 86. 87 et plerosque e seqq. vsque ad v. 105 ab alia, etsi non indocta, manu assutos esse suspicor. 89 Diffluxi post *Libera*, vt iam Barthius Aduersar. XXI, 3 factu opus esse monuerat: tum *voluptas* simplicium curarum, seu *curis simplicibus*, quales vita simplex affert, non impeditas, graues, aerumnosas. *Supplicibus curis* Behot. Apoph. II, 4. *Liberaque, implicitus c. huc i.* Pontan. ad Macrob. VII, 4, et Heins. *Libera ab implicitis c.*, vt inf. *Hic minus implicuit dira formidine mentem.* Io. Schraderus: *sollicitis curis*, vel *Liberat implacidis c.* l. *implicitum curis.* Porro *huic i.* Aldina et edd. Ascens. et Fabric. *huc mittit et o. Dirigit huc s.* Scalig. ms., et in Casaub. ad Pers. p. 269. 91 *Quolibet vt requie victu contentus abundet* Bembina est lectio: cum Aldina *Qualibet vt requie* dedisset. Ordo verborum est in duriore hac iunctura: *Vt, quolibet victu contentus, abundet requie.* Vett. edd. *Qualibet vt requie motus contemptor abundet.* *Qualibet requie* probauit quoque Scaliger: quod parum placet. *requiem* Petau. Voss. *victus contentus* Fabric. edd. Tandem Scaliger coni. *Qualibet vt requies* (pro *requietus*) *victu contentus abundet.* Heins. in *Quolibet* quaerebat *vili*, vnde factum *quili*: mox inde comminiscitur *tenui victu*, hocque multis exemplis illustrat. Enimvero, *tenuem victum* frugalitatis notam habere posse nemo dubitet; de versu quaeritur; voluitne; *Qualibet vt tenui victu c. a.* Mox idem tentat: *Qualibet vt specie vultus* (s. *cultus*) *c. a.* 92 *Hirundoque liget* et in marg. *domet* ms. Koeler. *liget* etiam Thuan. et Petau. et Voss., in hoc superscriptum *licet*. Heinsius coni. *leuet*. Antea vulgatum *locet*. 93 — 96 *quarum cultu*, quas colendo, *non diuite*, sine impensa et sumtu, adeoque sine opibus et diuitiis, *pastor quisque traducit vitam* etc. *aemulus Ascraeo poetae*, h. exemplo vatis Hesiodi, cf. Theogon. v. 22. 23. *O pecus*, o vett. edd. *Fontis Hamadryadum* ab indocto poeta esset: quid enim Hamadryasi cum fonte? Heins. coni. *Frondis H.*, sed et hoc ieiunum. Idem emendat *quorum*. At Io. Schrader. inter plura alia: *gr. Tempe Fontibus, ac Dryades*, vel *Naisin ac Dryasin*. cf. v. 115. Comparat quoque Ouid. Met. VI, 451 sq. de Philomela. Porro Voss. et Petau. *poeta, traducis*. In fine v. 96 vett. edd. *fere curam*, perperam. *vitam* recte Bembus dedit. Verum vix digni versus, in quibus vnguem arrodas; sunt haud dubie interpolatoris.

Semper opaca nouis manantia fontibus antra.
Quis magis optato queat esse beatior aeuo,
Quam qui mente procul pura sensuque probando
Non auidas agnouit opes; non tristia bella,
Nec funesta timet validae certamina classis;
Non, spoliis dum sancta deum fulgentibus ornet
Templa, vel euectus finem transcendat habendi,
Aduersum saeuis vltro caput hostibus offert.
Illi falce deus colitur, non arte, politus;
Ille colit lucos; illi, Panchaia tura,
Floribus agrestes herbae variantibus, adsunt;

Illi

ne, etsi Barthius id amplectitur Aduersf. XXI, 3. *et valle sub ima* malit Heins., quod sane politius. Mox 77 *Semper nouis* iungit Taubm. Malim quod in promtu est: *Semper opaca antra*. Sunt enim *noui fontes*, viui, perennes. 78 *Qui* Scaliger ex vno cod. et vett. edd. profert. *magis beatior* pro alterutro, *beatior*, vel *magis beatus*: parum accurate. Sed exempla congerunt plura Scalig. et Taubm., etiam ex Aristophane: τίς γὰρ γένοιτο μᾶλλον ἀλβιώτερος. Quidni tamen iungas: *aeuo magis optato*, vita felicior. Heins. emend. *optando*. 79 *puras* et *sensus* vett. edd. *mente potens* coni. Heins., item: *censuque probando*. Sed omnino versus est mali commatis. Voluit, qui lusit, dicere: dum procul se continet, mentemque puram et sensum probandum, animi propositum rectum seruat, non *agnouit* opes, non appetit. 80 *nec tr.* Voss. cum vett. edd. *agnouisse* Voss. *non auidas inhiauit opes* Heins. praeclare coni., laudatque ex Prudentio in Psychom. *pretiosa ponderis axem Defixis inhians obtutibus* cum al. ex. 81 *Nec f. tenet* vett. edd., et *valida*. 82—84 *Non sp.* a Bembo esse videtur. Vett. edd. *Quo*: nec male: *Quo*, quorsum, *dum — vltro caput hostibus offert?* Male eaedem v. 83 *nec* pro *vel*, et *transcendit*: et v. 84 *Auersum* et *sociis* pro *saeuis*. At *ornet* reduxi, vt conueniat cum *transcendat*: pro *ornat*. 85 *fuste* pro *falce* ed. Fabric., nescio vnde. Sane *falx* omnino pro quocunque χλυφέλῳ, scalpello, accipienda, nec res exemplo caret. Laudat Taubm. Martial. VI, 73 *rudis indocta fecit me falce colonus*. 86 *Panchaica* legebatur. *Panchaia* exquisitior forma in vett. edd., etiam in Ald. et in Petau. De re v. Georg. II, 139. IV, 379. 87 *herbis* vett. edd. *herbas* edd. Ascens.

Sensus

82 — 84. Qui non caput discrimini pugnae obiicit, eo consilio, vt hostium spoliis, manubiis, templa deorum ornet, vel magnas et immodicas opes e praeda sibi paret. Respicit militiam, quae illa aetate inter artes et vias diuitiarum parandarum erat. vid. Tibull. I, 1 pr.

ilcis adest requies, et pura voluptas,
a, simplicibus curis: huc inminet, omnis
it huc sensus, haec cura est subdita cordi,
ibet vt requie victu contentus abundet,
doque liget languentia corpora somno.
cudes, o Panes, et o gratissima Tempe
; Hamadryadum: quarum non diuite cultu
ilus Ascraeo pastor sibi quisque poetae
am placido traducit pectore vitam.

Talibus

autem: agricolis sunt herbae florentes, quae turis pretiosi
ustineant. Sed vss. 86. 87 et plerosque e seqq. vsque ad v.
alia, etsi non indocta, manu affutos esse suspicor. 89 Di-
est *Libera*, vt iam Barthius Aduersar. XXI, 3 factu opus esse
at: tum *voluptas* simplicium curarum, seu *curis simplicibus*,
vita simplex affert, non impeditas, graues, aerumnosas.
ius curis Behot. Apoph. II, 4. *Liberaque, implicitus c. huc i.*
ad Macrob. VII, 4, et Heins. *Libera ab implicitis c.*, vt inf.
us implicuit dira formidine mentem. Io. Schraderus: *sollicitis cu-*
Liberat implacidis c. l. *implicitum curis.* Porro *huic i.* Aldina
Ascens. et Fabric. *huc mittit et o. Dirigit huc s.* Scalig. ms., et
ub. ad Pers. p. 269. 91 *Quolibet vt requie victu contentus*
Bembina est lectio: cum Aldina *Qualibet vt requie* dedisset.
rborum est in duriore hac iunctura: *Vt, quolibet victu conten-*
undet requie. Vett. edd. *Qualibet vt requie motus contemptor*
. *Qualibet requie* probauit quoque Scaliger: quod parum pla-
requiem Petau. Voss. *victus contentus* Fabric. edd. Tandem
coni. *Qualibet vt requies* (pro *requietus*) *victu contentus abun-*
einf. in *Quolibet* quaerebat *vili*, vnde factum *quili*: mox inde
iscitur *tenui victu*, hocque multis exemplis illustrat. Enim-
nuem victum frugalitatis notam habere posse nemo dubitet;
quaeritur; voluitne; *Qualibet vt tenui victu c. a.* Mox idem
Qualibet vt specie vultus (s. *cultus*) *c. a.* 92 *Hirundoque liget*
rg. *domet* ms. Kocler. *liget* etiam Thuan. et Petau. et Voss.,
superscriptum *licet*. Heinsius coni. *leuet*. Antea vulgatum
93 — 96 *quarum cultu*, quas colendo, *non diuite*, sine im-
sumtu, adeoque sine opibus et diuitiis, *pastor quisque tradu-*
etc. *aemulus Ascraeo poetae*, h. exemplo vatis Hesiodi, cf.
. v. 22. 23. *O pecus o* vett. edd. *Fontis Hamadryadum* ab
oeta esset: quid enim Hamadryasi cum fonte? Heins. coni.
, sed et hoc ieiunum. Idem emendat *quorum*. At Io.
inter plura alia: *gr. Tempe Fontibus, ac Dryades*, vel *Nai-*
asin. cf. v. 115. Comparat quoque Ouid. Met. VI, 451 sq.
ela. Porro Voss. et Petau. *poeta, traducis*. In fine v. 96
sere curam, perperam. *vitam* recte Bembus dedit. Verum
igni versus, in quibus vnguem arrodas; sunt haud
dubie interpolatoris.

97 Talibus in ſtudiis baculo dum nixus apricas
Paſtor agit curas, et dum non arte canora
Conpacta ſolitum modulatur arundine carmen:

Te

97 ſqq. Superiores interpretes ea, quae ſequuntur, ad paſtor de quo carmen hoc agit, retulerant. Vidit et monuit Scaliger nectenda haec eſſe laudibus, quae praeceſſerant, vitae ruſticae accipienda vniuerſe de paſtore, qualem illa vita habet. Vir doct mus tamen in hoc non ſubſtitit, ſed refinxit quoque locum ſic: *O cudes — paſtor — Securum placido* traduxit *pectore vitam* Dulcibu *ſtudiis: baculo dum nixus apricas* Laetus *agit curas*. Bene et l Nec tamen vulgata diſplicet: Dum *Paſtor agit curas*, occupatus *talibus in ſtudiis*, quae modo deſcripſerat et iterum deſcribit vſſ. 99. Curas an putes dictas *apricas*, quatenus ſub dio agit, in c po, gregem paſcendo? quia ipſe *apricus* (quod et in Voſſ. legit Io. Schrader. in ſchedis coni. *baculo — agreſti*, vt Ouid. Met. 1 655 *baculumque tenens agreſte ſiniſtra*. Heinſ. tentabat *P. agit chor* l. *pecudes* l. *capras*: hoc ſaltem ferri poteſt. Etiam Io. Schrader hoc inciderat. 99 *ſolidum carmen*: integrum explicat Aſcenſ nullis modulis comtum, adeo ruſticum, Barthius Aduerſ. XXI, nulla aegritudine contaminatum Scaliger; ſcilicet, vt *gaudium* *dum*. Sed iſta dura, hoc longe petitum, dum nihil adſit, quod aerumnas reuocet animum. Saltem debet eſſe carmen, quod exordio ad finem ab otioſo homine decantatur. Dubito nullus a p ta profectum eſſe *ſolitum* carmen: et nunc ita video in edd. Fab eſſe excuſum. Id modulatur paſtor *non arte canora*, h. e. incom tum, vt Aſcenſ. At Heinſ. malit *canorus* cum Petau. et *nulla* 100 Hic magnam verſuum tranſpoſitionem Scaliger induxit, mult adiutus, inquit, ſcheda vetere. Collocat poſt v. 99 verſus, qui fra ſequuntur, 152. 146. 147. 144. 145. 148. 149. 150. 151. 153. 154. 156. Tum 100. 101. 102. 103 ſqq., ſed hos ipſos verſus adr dum immutatos exhibet, vt apponere eos neceſſe ſit:

98 — — — *et dum non arte canora*
Compacta ſolidum modulatur arundine carmen,
100 *Quem circa feſſae paſſim cubuere capellae.*
His ſuperat gelidis manans e fontibus vnda,
Quae leuibus placidum riuis ſonet orta liquorem.
At volucres patulis reſidentes dulcia ramis
Carmina per varios edunt reſonantia cantus.
105 *Hinc illi geminas auium vox obſtrepit aures.*
Hinc querulas referunt voces, quae nantia limo
Corpora linfa fouet. Sonitus alit aeris Echo.
Argutis et culta fremunt ardore cicadis.
Seu libet ad fontem denſa requieſcere in vmbra
110 *Excelſis ſupra dumis: quos leuiter afflans*

A

97 — 105. Inter delicias has vitae ruſticae dum paſtor tempus canendo fallit, ad meridiem ſole progreſſo, vmbram compellit gregen

Tendit ineuectus radios Hyperionis ardor,
Lucidaque aethereo ponit diſcrimina mundo,
Qua iacit Oceanum flammas in vtrumque rapaces,
Et iam conpellente vagae paſtore capellae
Ima ſuſurrantis repebant ad vada lymphae,
Quae ſubter viridem reſidebant caerula muſcum.

Iam

Aura ſuſurrantis poſſit confundere ventis:
Anxius inſidiis nullis, et lentus in herbis
Concipit hic mitem proiectus membra ſoporem,
Tendit vt euectus radios H.

Si tali tranſpoſitione lucidior ordo ſententiarum et lenior verborum iunctura inferretur: minus haberem, quod conatum ſimilem retundendum putarem. Sed vulgarem, fateor, ordinem multo minus, meo ſenſu, eſſe moleſtum. 100 *Tendit ineuectus* Aldinae deberi videtur; nam Bembus e cod. ſuo proferebat *Tendit in euectos*: ſed recte alterum reuocarunt ſequentes editores. *Tendit et euectus* edd. vett. *Tendit vt* Scaliger emendabat. *T. humo euectus* Heinſ. coni. Redit idem voc. *ineuectus* pro ſimplici, *euectus*, infra v. 340 *Iret ineuectus aethra ſuper*. Tum alius poeta forte maluiſſet *ineuecti Hyperionis*. 101 *ponit*. Io. Schrader. ap. Friſemann. *promit*, vix bene. 102 *Dum iacit* vett. edd., et *capaces*, quod Domitius quoque et Aſcenſ. interpretantur. Verum nec *rapaces* placet. Cogitandum tamen, verſificatoris laciniam eſſe. Accipienda verba de Sole in medio caeli contento conſtituto: ſolis *ardor tendit*, intendit, radios, *et ponit mundo diſcrimina lucida*, h. diſcrimen lucis, caelum in duas partes diſcriminat, quatenus verſus Orientem et Occidentem radios aequa lance diſpergit. Laudat Taubmannus poſt Barthium illud Statii Theb. V, 15 *Sol operum medius ſummo librabat Olympo Incentes, ceu flaret, equos*, et Lucani notum verſum: *cum cardine ſummo Stat librata dies*. Durior eſt Barthii interpretatio, qui *ponit*, perdit, diſcrimina accipit, cum pari ſpatio ab vtroque fine diſtet. 103 Interpolatio in ſeqq. eſt manifeſta: bis eadem memorantur. Probabilius tamen fit 106. 107. 108 a ſeriore manu acceſſiſſe. 104 *Lene ſuſurrantis* coni. Io. Schrader. *repetebant ad vada* legebatur vbique: per archaiſmum dictum videri poſſe, Scaliger iudicabat. Sed idem mox melius ſubiicit: *repebant ad vada*. Nec de eo dubitandum cenſeo. Nam ineptus homo v. 49 *perrepunt ad caua*, ante oculos habuit. Miro conatu Barth. Aduerſ. XXX, 24 coni. *repudiabant* Noniana voce. Melius Heinſ. *reptabant*. 105 *reſidebant*. Pro hoc facile eſt coniicere *reſonabant*, aut potius *reſonabat*, ſc. lympha. Heinſ. ſcribit: *Quae ſubter viridem ſaliebat garrula muſcum*. Inſ. 388 *Riuum propter aquae vidi ſub fronde latentem*. Ouid. II Faſt. *Garrulus in primo limite riuus erat*. Sen. Hippol. 511 *Garrulo gramen ſecuere riui*. Calpurn. IV, 2 *vidus ſub hac platano, quam garrulus adſtrepit humor*. Prudent. Cathem. *Fons patribus de rupe datus, quem muſtica virga Elicuit ſi ſalientem vertice ſaxi*. Lucret. II, 30 *Propter aquae riuum ſub ramis arboris altae*. Quorſum has opes allatas eſſe dicemus? aquam

garrulam

Iam medias operum partis euectus erat Sol:
Cum denſas paſtor pecudes cogebat in vmbras;
Et procul adſpexit luco reſidere virenti,
Delia diua, tuo: quo quondam victa furore
Venit Nyctelium fugiens Cadmeis Agaue
Infandas ſcelerata manus e caede cruenta:

Quae

garrulam et *ſalientem* bene dici, nemo ſanus dubitet; fatearis quoque verſum factum eſſe meliorem; enimuero an vetus poeta ita ſcripſerit, nullo modo probatum hinc eſt. 106 *operum:* pro, operis: vt modo ex Statio vidimus ad v. 102, quaſi opus diurnum Sol expleret. Heinſ. coni. *aethrae in partes.* At Io. Schrader. *oper. part. emenſus,* 107 *denſas — in vmbras:* ſ. *denſis in vmbris.* Heinſ. *denſa in vmbra.* 108 Satis turbata haec. *Vt* nihil habet, quod ſequatur. Vett. edd. *Et procul adſpexit,* hoc itaque reuocaui; non tamen ac ſi locum ſic ſanatum putarem; quis enim adſpexit? et quid adſpexit? Solne paſtorem? an paſtor gregem? hoc praefero: *adſpexit paſtor,* proſpexit, *pecudes reſidere,* cubare, *in luco tuo,* o Diana. Suſpicor tamen inſertos eſſe vſſ. 106. 107. 108 et fuiſſe: *Et iam — munſcum, Luco, Diua, tuo, quo.* Barthius XXI, 9 emendabat: *Et procul* acceſſit. Iam vſſ. 108 ſqq. locum, quo Culicis argumentum actum eſt, accuratius deſcribit: eſt is lucus Boeotiae, Dianae ſacer, idem ille, quo Penthei caede peracta mater Agaue bacchata peruenerat; adeoque ſub Cithaerone. cf. Ouid. Met. III, 702. Hic multa deſiderari, et forte tantum paſtoris recenſeri putabat Heinſius. Immo vero multorum laciniae in vnum locum congeſtae ſunt, quae inter ſe parum ſunt conglutinatae. 110 *Nyctileum fugiens.* Immo vero, *Nyctelium f.,* h. Bacchum. Verum hoc eſſe negat Scaliger; non enim fugiebat Bacchum Agaue, quem non offenderat, eum eius miniſtra eſſet: ſed hoc, inquit, poeta vult: in eum lucum, in quem Agaue, victa furore Bacchi, metuens poenam, hoc eſt, ἄγος, quod imminebat eius poſteritati propter interfectum Pentheum, confugerat, compuliſſe paſtorem pecudes ſuas. Itaque ſic legit: — *quo quondam victa furore Venit Nyctilei, fugiens Cadmeis Agane Poſterius poenam natis e morte futuram:* verſum itaque, vt vides, 113 retraxit. Mihi nec haec, nec alia Scaligeri traiectio verſuum placet. *Fugere deum, fugere Bacchum,* commode ſatis dictum eſt de θεολήπτοις, quos premit, vrget, deus, vt vates, quae *bacchatur, magnum ſi pectore poſſit Excuſſiſſe deum:* inprimis de Bacchis, quae furore actae diſcurrunt, ac ſi liberare ſe a furore velint. In hanc ſententiam iam Barthium inclinaſſe ex Taubm. diſco: etſi nec eo confugere neceſſe videtur. Cognito enim ſcelere interemti materna manu nati *abhorrens ſacra Bacchica* Agaue Nyctelium fugiens in ſolitudinem ſeceſſit, vt moerori indulgeret. *furorem Nyctelium* coni. Heinſ. 111 *et caede c.* vett. edd. et codd., quaſi eſſet *et cruenta ex caede.*

108. Lucum ſub Cithaerone monte deſcribit Dianae ſacrum. vid. Var. Lect.

ae gelidis bacchata iugis requieuit in antro,
erius poenam gnati se morte futuram.
etiam viridi ludentes Panes in herba,
Satyri Dryadesque choros egere puellae
adum coetu. Tantum non Orpheus Hebrum
antem tenuit ripis siluasque canendo,
ntum te, *Peneu*, remorantem dia chorea,
Multa

12 *Quo g.* em. Heins. *Ogygiis b. i.* Io. Schrader., docte. 113
s in edd. Fabric. sic est emendatus: *Posterius poenam gnati de datura.* Heins. coni. *Post verita et poenas nati se morte datu-* Sed totum versum vna cum antecedente eiiciendum arbitror iam suppositititium. In ms. Helmst. subiectus erat versui 110. *etus* vulgg., nonnullae etiam Ald. cum ms. Helmstad. Puto *Naiadum et coetus.* Nam paullo durius *cum* suppletur. *hor-* pro *Orpheus* Aldina et edd. Fabric. cum ms. Helmst. et Petau. off. Heins. coni. *Non tantum Oeagrius H.* vel, *tantum haud Rhos H.* Idem iungit *Naiadum coetu non tanto.* Sane *Orpheus* tri-um esse, vt *Pentheus*, et in Catalectis Pith. p. 31 *Theseus*: ve-irgilio vix licuisse esse tam audaci. *siluasque sonantes* Io. Schra-m. 117 *riuis* ms. Contian. perpetua variatione: vnde tamen er refingit: *riuis siluisque canendo.* Mihi vulgata suauior pro- *non Orpheus canendo tantum tenuit Hebrum, ripis restantem* m intra ripas sustinentem), *siluasque*: h. delectauit Hebrum que. Etsi totus hic locus, et is qui sequitur, ex variorum ver-orum symbolis coaluisse videri debet. 118 Hic versus conta-us (a Πηνειὸς esset Πηνειὴ), quod et vidit elegans carminum iu-o. Schraderus Emendatt. Praef. pag. XXI. XXII. cf. ad Georg. 55. At idem hic versus alienus prorsus est a tota sententia. Si cotia res geritur, non Peneus delectari potuit chorea Nympha- Sin in Thessaliam reiicias carminis argumentum, aliena sunt v. 108 sqq. de Agaue narrantur, etiamsi cum Iano Parrhasio in sitis per Epist. pag. 51 Lucani locum (lib. VI, 355—359) huc es: nam ex eo nihil constitui potest, cum poeta ipse parum loquatur. Afferre voluit medicinam huic versui Scaliger. Ap-n verba: „Quia paullo ante, inquit, dixerat, *tantum non Or-us*, putarunt hic ἀνταποδοτικὸν deesse; ita hic *Quantum* posue-t. Atqui legendum: *Non tam te, Peneu, remorata est dia cho-* „ Altera versus parte carere possumus medicina, nam supple-ri

sqq. *Iterum luxuriatur e ingenium* in descri-*luco et antro*, quo *consedit.* Alia alio-*oetarum lusibus* affuta. *gulis vid.* Var. Lect. Comparari potest similis arborum enumeratio ap. Ouid. Met. X, 86 sq. in cantu Orphei: quem locum auctor huius emblematis ante oculos habuisse videri potest.

124. *impia*

Multa tibi laeto fundentes gaudia vultu,
Ipſa loci natura domum reſonante ſuſurro
Quis dabat, et dulci feſſas refouebat in vmbra.
Nam primum prona ſurgebant valle patentes
Aereae platanus: inter quas inpia lotos,
Inpia, quae ſocios Ithaci maerentis abegit,
Hoſ

ri poteſt ex ſup. *tenuit te* remorantem. Suſpicatur autem ſaga mus vir, auctorem carminis inſtitiſſe veſtigiis Catulli in Pelei et T fidis nuptiis (vff. 285—293). Tamen ne ſic quidem verſus tre quentes commodam orationem ſubiiciunt. *Quantum te, Pent* coni. Heinſ., nullo cum fructu. In vett. edd. pro *dia* inuenio *Diu Diue*, in aliis *choreae*, et in margine pro *Peneu, paſtor*, ex viri cu dam docti emendatione, puto. Etiam *penu* pro *Peneu* plures Venetae ſeruant; Aldina autem, et hinc Ge. Fabric., *Quantum te nix remorantem diua chorea*. Atque haec lectio tenenda, tamq vera, et ex cuius corruptela importunus ille Peneus verſum inu tantum non Orpheus cantu Hebrum ſiluasque tenuit, quantum t Luna (v. 109), tenuit chorea Nympharum: *Quantum te pernix morantem, Dina, chorea*. Eandem fore lectionem mſ. Koeler. c que habebat: mſ. Helmſt. autem, *Qua te perpigra morantem diua rea*. Petau. *Quam te nigremorantem*. Voſſ. *Quam te per nigrae mo tem*, meri librariorum ſtupores. *remorantur* em. Heinſ. 119 *ta tuo laete f.* vett. edd. *tuo laetae* (ſcil. choreae) Aſcenſ. et al quod et Heinſ. probat. *tuo latae* Ald. Quam nunc habemus, B bina eſt lectio: *chorea — fundentes* nota ſyntheſis. *tibi* int. Dia Lunae deſuper adſpicienti. *Multa tuo late f.* ed. Fabric. *tuae la f. g. luctu* Petau. Heinſ. coni. *fluctu*. Interpoſiti ſunt ab alio vff. 117. 118, et iuncti erant: *puellae Multa*. 121 Haec adhuc ad Na referenda. Importunum tamen *Quis:* ferrem ſaltem *His dabat*. *in antro* Ald. 122 *Nam primae in p.* coni. Heinſ. *prona vallis* ap. Catull. 123 Recte hoc (Heinſium non probare miror) reu tum, Scaligero monente, e priſcis edd. Ita quoque Bembus rexerat. Sed iterum illatum erat ex vett. edd., etiam Aldina: *A* platani: *inter quas* erat *impia lotos*. Sic et Petau. Saltem eſſe *quas inter et i. l.* In marg. ed. Ven. Scoti notatum: alios leger *Lotis*, quae nympha fuit. Perperam.

124. *impia lotos, Impia, quae;* nota figura Horatii exemplo iam a Scaligero notato: *Impiae, nam quid p. m. Impiae d.* Carm. III, 11, 30. 31, et Catull. LXIV, 404. 405. Impietas ſpectat haud dubie ad iniuriam Vlyſſi factam ſociis retentis. *abegit,* ſcil. ab Vlyſſis naui, anc uit: interceſſit loti ſuaui quo minus ſocii Vlyſſis naues redirent (v. Odyſſ 94 ſqq.). Caeterum oot dit poeta diuerſi generis tos. Lotus illa Vlyſſis Africa reperta non erat Bo time domeſtica.

126—1

a dum nimia tenuit dulcedine captos. 125
ıibus insigni curru proiectus equorum
ſus Phaethon luctu mutauerat artus,
es teneris amplexae brachia truncis
la fundebant tentis velamina ramis.
ıs, cui Demophoon aeterna reliquit 130
ım lamentandi mala, perfida multis.

Quam

Ac mulit Heinſ., et *igulpedum c. p. equorum.* 127 *Ambuſtus* idum, pro *Ambuſtos*, quod in oculos incurrit et Scaliger Et hoc idem e mſ. Helmſt. notatum video. 128 *amplexae* ceipit Taubm. Nec tamen vel ſic expedio: *amplexae brac tis.* Nonnus Dionyſ. II, 167 Ἔην Ἠλιάδων κε̃ν ὑγὲ μία — φι τυ κορύμβους Γοίτους αἰγείροιο περιπλοκα φύλλα πτελέσσι. : *implexae brachia*, h. habentes ramos truncis (vicinarum populorum) implexos. Nec aliter Heinſ. coni. *teneris*, et in *ıtis* mſ. Koeler. 129 *pandebant* coni. Io. Schrader., felici *tis* pro extentis. Sed facile incidit animus in *lentis*. Con que Scaliger, et extat in edd. Fabric. Sed idem malebat: *amina ramis*, ingenioſe; nam electrum ſtillare populus dic Ouid. Met. II, 364 ſq., verum ſic *candida* parum commode n eſſet. Heinſ. coni. *concita f. lentis vitulamina r.*, parum fe iam de vmbra arborum quaeritur. 130. 131 Miſere corſus nec ſine libris facile ſanandi, etſi vnum et altèrum con cet: *Perfidiae lamenta*, et latere *inultis* in *multis*; ita vt exi ſint reliqua: *dolis quum luſit inultis*, vel propius ad corrup curam: *malis quas flevit inultis*. Agi de amygdala, in quam mutata fertur, ſeu quaecunque alia illa arbor fuit, obuium eſt ıo loco monendum, in vett. edd. et codd. poſt v. 131 ſubilci *erfide*, *multis*,
ide Demophoon, *et nunc defende puellam*, vel *puellis*.
rietas lectionis haec fere eſt: in vett. edd. *Perfidia* legitur, repoſuit *Perfidiam*: idem verſum modo adſcriptum eiecit.
Probarem,

— 129. Populi arbo- tur poeta: populos illas ſo-
l alni (nam vtrasque rorias ita inter ſe condenſa-
s agnoſcit Ecl. VI, 62 tas ſitu fuiſſe, vt implicarent
X, 190), in quas mutuo nexu ramos et vm-
Phaethontis sorores, bracula facerent: *fundebant*
, tamquam Solis ex *tentis ramis velamina* (vt *Vi*
e filiae. Factum ex 74 *Tmolia pampineo ſubter*
fratris caſu ſuſcepto; *coma volat umbra*) *candida*
eta: *Phaethon luſu* ſcilicet populus alba eſt in-
ueras artus. Mox telligenda. *amplexae br.* vid.
9 hoc velle vide- Var. Lect.

Quis aderat veteris myrtus non nescia fati.
At volucres patulis residentes dulcia ramis
Carmina per varios edunt resonantia cantus.
His suberat gelidis manans e fontibus unda,
Quae leuibus placidum rivis sonat orta liquorem.
Et quamquam geminas auium vox obstrepit auris,
Hanc querulae referunt voces, quis nantia limo
Corpora lympha fouet: sonitus alit aeris Echo:
Argutis et cuncta fremunt ardore cicadis.
At circa passim fessae cubuere capellae,
Excelsisque super dumis: quos Iupiter adflans

Aurā

143 Versus et hic infititius. Iam versus, qui hunc sequuntur, 144 — 154, Scaliger, vt supra vidimus, retraxit post v. 100. 144 *Et* Voss. 145 *Carmina per varios edunt* cantus: vt alias, per varios. Io. Schrader. coni. *per varios componi: per varios sulcus.* Sanctem bonus poeta sic scribere debebit. 146 *superat* Vossii Petav. et Scalig. e vet. libro: ipse malit *superva*. 147 *placidum liquore* melius dici monet Scaliger: recte, sed homini, qui haec scripsit, videtur placuisse: *sonare liquorem*, vt, *sonare carmina*, et alia similia. Scaliger quoque *sonet* substituit. *vomit* coni. Io. Schrader. *sonat* tres ed. Antwerp., forte et aliae. Certe *orta* otiosum est, Barth. XX, 25 emendat *aucta*. In mss. Voss. *adsa*. Sed totus versus damnandus, non emendandus est. Est enim insititius cum seqq., in quibus eadem repetuntur, quae iam supra dicta erant v. 104. v. 46 sq. 148 *Et quamquam*. Corruptum hoc. Scaliger. *Hinc illi gem.* Barthius ibid. coni. *Et quaqua*. 149 *Ac querulae ferunt voces* refingit Heinsius, vt suppleantur *aures* ex antec. *hanc q. referunt fauces* Io. Schrader. *Haec* var. lect. in vett. edd. *Hinc querulas referunt*: v. bene Scaliger e vet. scheda: item *quae nantia*: vt sint ὑγρόεντα νηκτῶν νώτων, vt in cum Aristophane loquitur, h. *ranae*. Ge. I, 378 *Et veterem in limo ranis cecinere querelam*. cf. Taubm. Sed iam Iul. Sabin. de ranis accepit. 151 *et culta* vetus scriptura apud Scaliger., paque elegantius. *ardore*, per aestum. Barth. l. c. coni. *fremunt, ardore*: quod ipsi remittam. *fremunt arbusta* Heins., elegantius; idem in mentem venerat Iacobsio ex Ecl. II, 13. add. Ge. III, 328, et van Kooten. Spicileg. ad Io. Schraderi Emendatt. pag. 8. 152 *fessae*. Io. Schraderi coni. *fusae*. 153 *supra* Scalig. Puto fuisse: *subuere capellae Excelsis subter dumetis*. Sic in Peruig. Ven. *subter genistis explicant tauri latus*. Io. Schraderi *Excelsos subter dumos* Emendatt. p. 20. Desidero quidem commodius epitheton dumorum: videntur tamen *excelsi* dicti, qui in excelsis rupibus

143. In myrtum mutata femina Myrsine v. Serv. ad Aen. III, 23. Geopon. XI, 6.

Aura susurrantis possit confundere venti.
Pastor, vt ad fontem densa requieuit in vmbra,
Mitem concepit proiectus membra soporem,
Anxius insidiis nullis: sed lentus in herbis
Securo pressos somno mandauerat artus:
Stratus humi dulcem capiebat corde quietem:
Ni Fors incertos iussisset ducere casus.
Nam solitum voluens ad tempus tractibus isdem
Inmanis vario maculatus corpore serpens,
Mersus vt in limo magno subsideret aestu,

Obuia

ibus crescunt. *et amantes ardua dumi* etiam in Georg. Omnino *umos* amant poetae commemorare, vt et *dumeta*. Et eo spectat, uod adiicitur, a ventis eos perflari: ἠνεμόεντας. Heins. coni. *excis* l. *exesis*: et comparat illa: *Dum tenera attondent simae virgulta capellae*. Barthius XXI, 24 emendabat: *Excelsique super dumi*. *quae* ett. edd. et codd. *quos* a Bembo profectum est. Barthius non ma- coni. *qua*. *qua* vel *quo* etiam Heins. 154 *possit* friget; sed est enus circumlocutionis pro *confundit* aura dumos. *poscit* Contianus ber Scalig., qui explicat πειρᾶται, quasi: poscit sibi, aggreditur, ie et ms. Helmst. 155 *ad fontes* vett. edd. mutauit Bemb. *re- uietus* coni. Heins., et mox *porrectus* Lindenbruch. Scaliger, qui unc locum transpositione sanare voluit (vid. ad v. 100 et 143), re- ectis ad superiora versibus 156. 157 sic interpolauit haec:

Pastor vt ad fontes densa requietis in vmbra
Securo pressos somno mandauerat artus:
Stratus humi dulcem capiebat corde quietem,
Ni fors incertos iussisset dicere *casus* etc.

Nihil est ex omnibus, quod placeat. Mihi omnes vss. 157 ad 160 rque Scholastici operam redolent. 158 *fessos* em. Nodell. Obss. rit. p. 38, atqui non minus illud bene dicitur. 159-160 Vterque ersus laciniae sunt inepti versificatoris: qui variauit et obscurauit ententiam, quae iis sublatis bene procedit, modo v. 161 pro *Nam* estituatur *Cum* hoc modo: *Pastor — mandauerat artus. Cum solitum voluens ad t. t.* 161 *tractibus hydrae* ms. Helmst., et haec erat Al- dina lectio ex interpolatione ducta. Vett. edd. *idem*, ms. Koeler. *Idem*, et in marg. al. *Idra*: sic et Thuan. *Idae* Retau. *Ide* Voss. Bembus autem *iisdem*: hocque reuocatum ab Scaligero: non enim *tractus* esse serpentis (subiiciuntur illi vs. 165); sed *loca eadem*. *vol- uens* autem vel *se*, vel *voluens torquebat*. In edd. Fabric. *sonitum voluens*. Barthius XXI, 23 emendabat *s. voluens — vario maculatus, corpore s.* Heins. *inuoluens — tractibus vndam* vel *vmbras*: parum sollicitus; idem mox *maculatus tergore*. 163 *subsideret* Bembina emendatio, nescio an satis probanda, recepta a Scaligero. Vett. edd. *sub sideris aestu*. Serpens in limo, quem fons in propinquo effusus fecerat, a solis aestu recreare se volebat. cf. Ge. III, 432. *mag-*

Quis aderat veteris myrtus non neſcia fati.
At volucres patulis reſidentes dulcia ramis
Carmina per varios edunt reſonantia cantus.
His ſuberat gelidis manans e fontibus unda,
Quae leuibus placidum rigis ſonat orta liquorem.
Et quamquam geminas auium vox obſtrepit auris,
Hanc querulae referunt voces, quis nantia limo
Corpora lympha fouet: ſonitus alit aeris Echo:
Argutis et cuncta fremunt ardore cicadis.
At circa paſſim feſſae cubuere capellae,
Excelſisque ſuper dumis: quos lepiter adflans

Aure

143 Verſus et hic inſititius. Iam verſus, qui hunc ſequuntur, 144 — 154, Scaliger, vt ſupra vidimus, retraxit poſt v. 100. 144 *Et* Voſſ. 145 *Carmina per varios cantus*: vt alias, per ſonos varios. Io. Schrader. coni. *per varios ſonipes*: *per varios ſaltus*. Sapiens bonus poeta ſic ſcribere debebat. 146 *ſuperat* Voſſ. Reteu. et Scalig. e vet. libro: ipſe malit *ſuperra*. 147 *placidus liquores* melius dici monet Scaliger: recte, ſed homini, qui haec ſcripſit, videtur placuiſſe: *ſonare liquorem*, vt, *ſonoro carmine*, et alia ſimilia. Scaliger quoque *ſonat* ſubſtituit. *vomit* coni. Io. Schrader. *ſonat tiro* ed. Antwerp., *ſonte* et aliae. Certe *orta* otioſum eſt, Barth. XX, 29 emendat *aucta*. In mſ. Voſſ. *alta*. Sed totus verſus damnandus, non emendandus eſt. Eſt enim inſititius cum ſeqq., in quibus eadem repetuntur, quae iam ſupra dicta erant v. 104. v. 46 ſq. 148 *Et quamquam*. Corruptum hoc. Scaliger. *Hinc illi gem.* Barthius ibid. coni. *Et quaqua*. 149 *At querulae ferunt voces* refingit Heinſ., vt ſuppleantur *aures* ex antec. *hanc q. referunt fauces* Io. Schrader. *Haec* var. lect. in vett. edd. *Hinc querulas referunt v.* bene Scaliger e vet. ſcheda: item *quae nantia*: vt ſint *ὑγρὰν κρουνῶν ῥεῖθρα*, vt in cena Ariſtophane loquitur, h. *ranae*. Ge. I, 378 *Et veterem in limo ranae cecinere querelam*. cf. Taubm. Sed iam Iul. Sabin. de ranis accepit. 151 *et culta* vetus ſcriptura apud Scaliger., paque elegantius. *ardore* per aeſtum. Barth. l. c. coni. *fremunt ardere*; quod ipſi remittam. *fremunt arbuſta* Heinſ., elegantius; idem in mentem venerat Iacobſio ex Ecl. II, 13. add. Ge. III, 328, et van Kooten Spicileg. ad Io. Schraderi Emendatt. pag. 8. 152 *feſſae*. Io. Schrader. coni. *fuſae*. 153 *ſupra* Scalig. Puto fuiſſe: *cubuere capellae Excelſis ſubter dumis*. Sic in Peruig. Ven. *ſubter geneſtis expliciunt tauri latus*. Io. Schrader. *Excelſos ſubter dumos* Emendatt. p. 20. Deſidero quidem commodius epitheton dumorum: videntur tamen *excelſi* dicti, qui in excelſis ru-

pibus

143. In myrtum mutata femina Myrſine v. Serv. ad Aen. III, 23. Geopon. XI, 6.

Aura susurrantis possit confundere venti.
Pastor, vt ad fontem densa requieuit in vmbra,
Mitem concepit proiectus membra soporem,
Anxius insidiis nullis: sed lentus in herbis
Securo pressos somno mandauerat artus:
Stratus humi dulcem capiebat corde quietem:
Ni Fors incertos iussisset ducere casus.
Nam solitum voluens ad tempus tractibus isdem
Inmanis vario maculatus corpore serpens,
Mersus vt in limo magno subsideret aestu,

Obuia

pibus crescunt. *et amantes ardua dumi* etiam in Georg. Omnino *dumos* amant poetae commemorare, vt et *dumeta*. Et eo spectat, quod adiicitur, a ventis eos perflari: ἠνεμόεντας. Heins. coni. *excisis* l. *exesis*: et comparat illa: *Dum tenera attondent simae virgulta capellae*. Barthius XXI, 24 emendabat: *Excelsique super dumi*. *quae* vett. edd. et codd. *quos* a Bembo profectum est. Barthius non male coni. *qua*. *qua* vel *quo* etiam Heins. 154 *possit* friget; sed est genus circumlocutionis pro *confundit* aura dumos. *poscit* Contianus liber Scalig., qui explicat πειρᾶται, quasi: poscit sibi, aggreditur. Sic et ms. Helmst. 155 *ad fontes* vett. edd. mutauit Bemb. *requietus* coni. Heins., et mox *porrectus* Lindenbruch. Scaliger, qui hunc locum transpositione sanare voluit (vid. ad v. 100 et 143), reiectis ad superiora versibus 156. 157 sic interpolauit haec:

Pastor vt ad fontes densa requietis in vmbra
Securo pressos somno mandauerat artus:
Stratus humi dulcem capiebat corde quietem,
Ni fors incertos iussisset dicere casus etc.

Nihil est ex omnibus, quod placeat. Mihi omnes vss. 157 ad 160 vsque Scholastici operam redolent. 158 *fessos* em. Nodell. Obss. crit. p. 38, atqui non minus illud bene dicitur. 159-160 Vterque versus laciniae sunt inepti versificatoris: qui variauit et obscurauit sententiam, quae iis sublatis bene procedit, modo v. 161 pro *Nam* restituatur *Cum* hoc modo: *Pastor — mandauerat artus*, *Cum solitum voluens ad t. t.* 161 *tractibus hydrae* ms. Helmst., et haec erat Aldina lectio ex interpolatione ducta. Vett. edd. *idem*, ms. Koeler. *idem*, et in marg. al. *Idra*: sic et Thuan. *Idae* Petau. *Ide* Voss. Bembus autem *iisdem*: hocque reuocatum ab Scaligero: non enim tractus esse serpentis (subiiciuntur illi vs. 165); sed *loca eadem*. *voluens* autem vel *se*, vel *voluens torquebat*. In edd. Fabric. *sonitum voluens*. Barthius XXI, 23 emendabat *s. voluens — vario maculatus*, *corpore s.* Heins. *inuoluens — tractibus vndam* vel *vmbras*: parum felicitas; idem mox *maculatus tergore*. 163 *subsideret* Bembina emendatio, nescio an satis probanda, recepta a Scaligero. Vett. edd. *sub sideris aestu*. Serpens in limo, quem fons in propinquo effusus secerat, a solis aestu recreare se volebat. cf. Ge. III, 432. *mag-*

Manant sanguineae per tractus vndique guttae;
Spiritus et rumpit fauces. Cui cuncta paranti
Paruulus hunc prior humoris conterret alumnus,
Et mortem vitare monet per acumina. Namque,
Qua diducta genas pandebant lumina gemmis,
Hac senioris erat naturae pupula telo

Icta

vt magis poetica sit oratio: *serpens torquetur* (κατὰ) *c. orbes fl. v.* Heins. coni. *Flexibus et spissis torquetur corpora* (saltem deb. *corpus*) *in orbes.* Mox 179 *per tractus*, vt Georg. II, 154. 180 *Spiritus et rumpit fauces* reuocaui e vett., h. anhelitus. Nam Bemb. *Spiritibus rumpit fauces.* Heins. em. *Spiritus erumpit f.* *Quo cuncta parante* legendum monet et illustrat Scaliger. Sic iam edd. Ascens. *Quo c. paranti.* Hic vero in grauissimo narrationis momento nimis breuis, tenuis et exilis, est poeta. De Culice aduolante et pastori consulente locus ornandus erat vel maxime. Sensit forte et Heins., cui versus vnus et alter abesse videbatur. Saltem comtius foret: *Quo cuncta parante Paruulus humoris pastorem exterret alumnus.* 181 Ed. ant. vitiose: *propior humeros*, vel *prior humeros.* Omnino seqq. valde turbata in vett. edd. *humoris alumnus* est culex. *conterret* vix satis commodum h. l. vocabulum. 182 Bembina est lectio; *acumina*, pro punctione, ictu aculei. Vetus lectio erat: *per culmina namque, Qua.* Praefert hanc Scaliger, vt sint κρέταφοι, *tempora*, et secundum eum Barth. Aduers. XXI, 18. Ascensius sic reddebat: qua parte oculi aperti per summitates aperiebant sinus oculorum pupillis in morem gemmarum relucentibus. Heins. iungenda monet: *per acumina namque*, vt in vett. edd. erat. Recte, sed quid tum de reliquis? *per culmina* f. *per spicula.* 183. 184 Bembina lectio, quam equidem quomodo interpreter non habeo. *pendebant* in textu Heins. esse relictum miror: scriptum enim haud dubie vitiose, pro *pandebant*, vt sit, *qua lumina diducta pandebant genas gemmis*, h. in ipso oculi sinu. *deducta* vett. edd., ex more. Laudat Io. Schrader. e Statio: *diducta putares Lumina consumtumque genis rediisse nitorem.* Scaliger *genas* pro palpebris accipit et legit *obdebant*: nam vett. edd. habere *ponebant*: nisi hoc ipsum sit pro *abdebant.* Io. Schrader. tentabat varie: *gemmans. Hac s. e. n. pupula telo Icta leui.* 184 *Hac senioris erat — Icta leui.* Etiam haec est Bembina lectio, cum Petau., etsi in ipsis Bembi edd. corrupta: *Hac ferioris* et *Hac saenioris.* Vetus lectio erat: *At senioris erat naturae pupula, telo Icta leui*; quam Scaliger praetulit, adstipulante Barthio Aduers. XXI, 18; *senioris naturae*, vt araneosam cutem et senilem, hoc est rugosam, intelligat. Senex enim pastor cf. v. 387. In Aldina excusum video: *At lenioris erat naturae*: h. mollioris, quod mihi magis arridet. Forte enim olim scriptum fuit: *telo Icta graui.* Io. Schrader. *tacta.* Vitiose aliae edd. *Hoc* et *papula.* At in Fabric. non male emendatum: *Vt lenioris e. n. p.* Totus versus est ab interpolatione profectus. Fuerat primo: *Qua diducta genas pandebant lumina, telo Icta leui:*

scil. sunt.

leui. Tum prosiluit furibundus, et illum
ritum morti misit: cui dissitus omnis
itus excessit sensus. Tum torua tenentem
nina respexit serpentem comminus: inde
ger, exanimis, vix conpos mente, refugit,
ralidum dextra truncum detraxit ab orno:
casus sociaret opem, numenue deorum.
mque illi dederitne viam casusue, deusue*,
lere sit dubium: voluit sed vincere tales.
ida squamosi voluentia membra draconis,

85 *Cum pros.* Petau. Mox malim: *sic diss.*, vel *tum d.* 186 *In*
r nil mutandum: quae disiecta sunt, ea sunt *dissita*: h. disper-
sserere, dispergere. Vocabulum Lucretianum. *dissitus excessit*
nate pro simpl. Omnis spiritus excessit, reliquit sensus. Nam
us sensus non capio. *Sp. e. sensim* Aldina dedit; hoc et Heins.
o. Schradero probat; et praestare ipse arbitror. Dignius poeta
membris, quod et Iacobs coni. 187 Fortasse, ait Scaliger, *Tum*
tuentem Lumine: nec improbat Heins.; sed nihil mutandum.
tem lumina est, immotis luminibus stantem. *trementem* Heins.
quod vix accommodatum. 189 *compos mente* antique, pro
is. *exanimi vix mente* Heins. maluit. In Petau. *exanimus*. *re-*
reponi iubet ex vett., quibus ms. Koeler. adstipulatur, Scali-
non parebo. Iam surrexerat pastor vs. 186 *Tum prosiluit*. 190
o praeclare Bembus. Ant. edd. et codd. *ab ore*. 191. 192.
nterpolatio in his manifesta. In vett. edd., etiam in Aldina, nec
n ms. Helmst., medius versus *Namque illi* etc. abest; etiam in
. Natus videtur versus ex reuocatis huc in margine e Ciri 279
nisi te nobis malus, o malus, optima Carme, Ante hunc conspec-
casusue deusue tulisset. Equidem omnes tres versus 191. 192. 193
la manu irrepsisse arbitror. Tentarat aliquis supplere: *Qui ca-*
sciarit opem numenue deorum, Prodere sit dubium. Subscripsit
: *Namque* (f. Hancce) *illi dederitne viam casusue deusue, Prodere*
12. 113 Vetus lectio, etiam mss., *Hospitioque senis* (vel *senisque*, *enio*) *hypolidosa victo*: at Iunt. cum aliis interpolate: *Hospitio-i fuit Hippolydosaque victo*. Errant fere inter has caeterae edd. inae: *Hospitioque senis hypolidos auito*: in quibus *Hospitio quo Polyidos auito* facile agnoscitur. Scaliger hinc aliam lectionem : *Hospitio qua se Nisus Pelopeus auito Carpathium fugiens et flu-uretea Texerat*: ponit ille; quod nulla fabulae auctoritas pro-isum vltro bellum intulisse Minoi, huncque iniuriam accep-turum venisse. Alia, sed parum probanda, emendatio se-n vestigia vet. editi libri facta Paulli Leopardi a Loensi prodi-Epiphyll. VIII, 25 inuerso ordine versuum: — *Minos Carpa-inquens et flumina Niseina. Hospitio canum namque vrbs Lele-sum Texerat* etc. Lectio, quam nunc vulgatam habemus, a imum in textum illata sit, ignoro: prolata est primum a Con-Var. Lect. 8, propior illa caeteris ad litterarum ductum (nisi ora *quo* malim *quod*), nec a fabula abhorrens, qua Polyidus Glauco Minois filio in vitam reducto, Creta aufugit (Apollod. adeoque Megara proficisci indeque bello a Minoe repeti potuit. r quoque Polyidus Megara venisse, vt Alcathoum de caede dis filii lustraret: narrantur porro eius filiae Megaris sepultae . I, 42, p. 104. Quod *auitum* hospitium ait, potuit alias fa-espicere, quas nunc ignoramus. Sed *Carpathium mare*, tam-vicinum Cretae, posuit pro Cretico. Sequuntur flumina *Cae-* Iam in vett. edd. *Ceratea*, quod Aldina quoque dedit, et *Ce-* scriptum est. Scaliger in priore edit. legerat: *Carpathium fu-elagus et flumina Cretae*, in altera vero: *Carpathium fugiens et* *Curetea*, Graece ad verbum: Καρπάθιον λείπων καὶ νάματα ια, cum *Curete* antiquum nomen insulae fuerit, mox *Crete*. r tamen et ipse mox in Caeratea animo inclinato ferri; est luuius Cretae Caeratus ex Callimacho notus in Dian. 44 χεῖρε ἀέρατος ποταμὸς μέγα. Alluebat ille Cnossum, cui vrbi quo-que olim ab eo nomen fuit. vid. Meurs. in Creta I, 8.

. *florebat* absolute: cum adiici soleat, laude, e. Sic Catull. *floren-ecium* absolute dixerat, annis, LXIII, 251, ob ernam iuuentutem: at . Lect. p. 110 floribus m. *remige*: docte: m classe aduenerat Mi-nos, cuius θαλασσοκρατίαν illustrauimus in Commentar. Soc. R. Gotting. T. I, P. II, p. 71 sqq. 112, Caussa belli Niso a Minoe illati memoratur, quod Polyidus, qui Creta aufugerat, a Minoe armis repetebatur.

Texerat. Hunc bello repetens Gortynius heros
Attica Cretaea sternebat tura sagitta.
Sed neque tunc ciues, neque tunc rex ipse veretur
Infesto ad muros volitantis agmine turmas
Ducere, et indomita virtute retundere mentis:
Responsum quoniam satis est meminisse deorum.
Nam capite a summo regis, mirabile dictu,
Candida caesaries; florebant tempora lauro;
At roseus medio fulgebat vertice crinis:
Cuius quam seruata diu natura fuisset,

Ta

114 *Cothinius*, *Corthinius* vett. edd. *Cortinius* Aldina. 115 *ſte nebat* vix ſanum. Heinſ. em. *terrebat*. 116. 117. 118 Obſcura or tio, et, ſi recte iudico, corrupta. *Turmas volitantes ad muros i feſto agmine* Megarenſes eſſe non poſſunt, ergo Cretenſes ſunt, et eosdem debent referri *mentes indomita virtute*. Ita vero claudic ſententia verborum in reliquis, quocunque te vertas. Heinſ. p *Ducere* coni. *Reicere*, vt in Ecl. *Reice capellas*; aut vt *Ducere* ſit p trahere. Melius coniicias: *Siſtere*: niſi totum locum ſic refinga *Sed quque — veretur Infeſto — turmas Ducentem indomita virtute retu dere mentis*. Vt *Ducentem* intelligas Minoem. Suſpicor verſum te tium *Ducere et i. v. r. mentes* a ſeriore manu aſſutum eſſe. *volitan ex agmine* Ven. Ed. 1484 et Ald. cum mſ. Baſil.; vnde Heinſ. tenta *v. examine. indomitas v. r. mentes* emendabat Lindenbruch et Hei ſius; ſed hoc tenue. Aſcenſius *non veretur* accipit *non curat*, negl git ducere turmas Niſus etc. In *mentes* poteſt latere videri: *Creta* Heinſ. coni. *Martem*. 119 *quoniam in fatis meminiſſe* coni. Hein *fas eſt* Io. Schrader. 121 *florebant tempora lauro* in medio interp ſita, dure quidem: nec tamen Scaligeri emendatio mollior, qui eo iiciebat primum: *Candida caeſaries, florens interpretu lauro*, h. diu natrice, qua reges redimiti eſſe ſolebant, poſtea autem: *C. c. floreb tempore longo*. Heinſ. varie tentabat: *Cand. caeſaries florebat tempo utroque*, vel *t. laquo*, l. *tempora in ambo*. In Baſil. erat *tempore*. I Schrader. *C. c. replebat tempora late*. Nolim operam perdere in ſu poſititiis. A vetere poeta fuiſſe apparet tantum haec: *Reſponſum – deorum: Nam roſeus medio f.* 122 *At* Ald. 1534. Vulgo: *Et. fu gebat*. Scaliger ex vett. edd. *furgebat*; quod et mſ. Helmſt. habebat cum Baſil.

116 ſq. Sed Megarenſes et Niſus non cunctantur Minoi occurrere et muros vrbis defendere: quippe capillo purpureo (de quo v. ad pr. Ciris) confiſi etc., ſed vi Var. Lect.

123. *Cuius — naturâ*, pr qui crinis. Barthius Aduer XXIII, 9 laudat ex Auien

Perie

Tam patriam incolumem Nisi regnumque futurum,
Concordes stabili firmarunt numine Parcae.
Ergo omnis caro residebat cura capillo;
Aurea sollemni comtum quoque fibula ritu
Mopsopio tereti nectebat dente cicadae.
Nec vero haec vobis custodia vana fuisset,
Nec fuerat: nisi Scylla, nouo concepta furore,
Scylla, patris miseri patriaeque inuenta sepulcrum,
O nimium cupidis si non inhiasset ocellis!

Sed

125 Versus ex Ecl. IV, 47. *firmarunt;* debebat esse *firmarant.* 126 *caro.* Ita Aldina. Edd. vett. cum Basil. ms. *cano.* 127 *comtum quem* editum a Taubmanno, ex Ald. tert. (1534), vt Loensem emendasse video l. c. 128 *ritu Corsellae* vett. edd., vel *Corpselae:* vnde Scaliger refingebat *Cecropiae*, cum olim *Cypsellae* et *Tortilis et t.* legere voluisset. Sed emendatum *Mopsopio* iam animaduerto in ed. Ald.; et sic Parrhas. ad Claudian. R. P. p. 2. b. legere iusserat. Felicius tamen his omnibus ex vetere scriptura veram lectionem eruisse arbitror Loensem Epiphyll. VIII, 25 *Crobylus et tereti.* Nota res vel ex Thucyd. 1 pr. *Crobyliae* coniecerat alius vir doctus in schedis Wolf., minus probe, *teretis — c.* malebat Heins. 129 *vobis;* vt ad Megarenses conuersa sit oratio. Scaliger legit *votis.* ms. Basil. *nobis.* Immo vero scriptum fuit *vrbis.* *Nec vero haec vrbis custodia vana fuisset.* Etiam Heins. sic emendat. 130 *Nec fuerat.* Quid hoc loci habeat post *Nec fuisset*, equidem non assequor. Nisi doctius vrbis epitheton fraudem fecit: *Nec vero haec vrbis custodia vana fuisset, Nisaeae.* Saltem poeta: *Infelix nisi Scylla*, et pluribus aliis modis scribere poterat. Heins. coni. *Debuerat; si.* Melius Io. Schrader. *Defuerat si S.* *nouo concepta furore.* Frustra defendit hoc Barthius. Obuium est poetam scripsisse *correpta.* Nunc hoc idem exhibere video Aldinam et Pith. Minus placet *nouos concepta furores;* etsi sic in Culice quoque 265. Scaliger e libb. refinxit: *Femineis concepta decus.* 131 Male in fine versus plena interpunctio ponebatur in edd. De toto versu dubito an ab alia manu venerit. *Infensa* vel *infesta* coni. Heins., nescio quo fructu. 132 Praeclare Heins. *Minoem c. si* vel

Perieg. (v. 57) *pigra ponti Se natura tenet*, h. pontus.

127. 128. Fibula aurea nectebat eum crinem dente tereti cicadae. Erat scilicet fibula in cicadae formam facta *ritu* Attico. Nota nunc res, Athenienses τεττιγοφορῶντας fuisse, habuisse cicadam auream crinium cincinnis innexam. Post Scalig. et Taubm. ad h. l. et Meurs. v. Perizon. ad Aelian. IV, 22. Sed princeps locus est Thucyd. I, 6.

 133. Non

Sed malus ille puer, quem nec ſua flectere ma
Iratum potuit, quem nec pater atque auus ide
Iupiter: Ille etiam Poenos domitare leones,

vel *Minoa heu.* Sublegerat ei hoc iam Toll. ad Auſon. p. 141 vero *niſi — ſi non* ſc excipiunt. Vnde Io. Schrader. Emendatt malebat: *O nimium cupidis Minoi inhiaſſet ocellis.* 135 Q quantur ad v. 136 ab interpolatoribus inſerta ſuſpicor.

133. Non ignobilis de Amoris potentia locus, etſi a multis tractatus, et alienus forte ille ab hoc loco, cum ira Cupidinis nullum in feqq. locum habeat: quo tamen viam ſibi poeta ſtruit ad ipſam narrationem a v. 139 ſqq. Obſcura quidem res eſt, ſed Scyllam apparet religionem Iunonis violaſſe, cum inter luſum pilae cum aequalibus nimium proceſſiſſet. Nec vero apparet e poetae verbis: peccatumne fuerit in hoc, quod locum ſacrum et arcanae religionis imprudens adierit; an quod nudauerat corpus. De ludis Iunoni, quales Paul. V, 16 memorat, inſtitutis agi non videtur. Quid? quod nec Iunonis templum aut praecipua aliqua religio Megaris fuiſſe videtur. Certe Pauſanias ne aedem quidem vel ſignum Iunonis in ea vrbe memorat. Videtur aliquid de periurio puellae attingi, quo Iunonem laeſerit. Sed locus tam ſtribliginoſus eſt et interpolatus variis verſificatorum laciniis, vt nihil habeas cui ſatis confidas. Expectabam cum Scal vt ſtudio ludendi prou ad ipſa vrbis moenia p niſſe diceret puellam vnde illa cum proſpi Minois amore eſſet cc ta. Sed in poetae verb hil, quod eo ducat, Poterat a poeta cauſſa Iunonis ex eo adſtrui, Minos Iouis erat filius e: lice. Nec illud ſatis dil expoſuit poeta, qua Amor Iunonis irae ac vi tae in amore puellae ini do indulſerit. Veneri pulſu Minoem a Scylla tum eſſe prodiderant quos Hygin. ſequitur f Monili aureo inductam Iam Aeſchylus: vid. ſu pr. Ciris.

134. *pater atque auus Iupiter.* De hoc v. diſputatio Valkenarii ad rip. fragm. p. 159. add. grauii ad Hippol. 539. licet a diuerſis poetis V Iouis filia et eadem Amoris e Ioue tradita fu vnde nunc luſus. Iung autem: *Sed malus ille puer Idem tum ſuperis a*

141.

Possent, o tecum vellem tua semper haberes!
Non vnquam violata manu sacraria diuae,
Iurando infelix nequidquam iura piasses.
Et si quis nocuisse tibi periuria credat,
Caussa pia est: timuit fratri te ostendere Iuno.
At leuis ille deus, cui semper ad vlciscendum
Quaeritur ex omni verborum iniuria dicto,
Aurea fulgenti depromens tela pharetra,
Heu nimium tereti, nimium Tirynthia visu,
Virginis

cursumque morari possent (ne discincta procurrere auderet): *Ita non piasses nequiquam iureiurando* (ita lego), *o infelix, sacraria diuae non vnquam violata manu tua esse*: vt penetrale ingressa illa, quod adire nefas erat, frustra postea iurarit, se manu res sacras non contrectasse. *Piare* videtur noue positum, pro purgare se, amouere culpam a se. Sequentia vss. 156. 157 assuta arbitror ab alio, quam qui superiora male inferserat. Voluit is vrbanus videri: posse forte aliquem suspicari puellam peierasse, eaque culpa sibi Iunonis iram consciuisse; sed falsum hoc esse: caussam piam fuisse, h. e. Iunonem, beneuolentia in puellam permotam, cauere voluisse, ne, si illa intraret in deae penetrale, Iouis in conspectum veniret; facile enim illum deum adduci potuisse, vt insidias faceret puellae pudori. Haec aut similia videtur voluisse is, qui haec intexuit, ineptus forte clericus, vix digna, vt in iis haereas! Quod Scaliger suggerit, nimis acutum est: maluit te hoc modo punire Iuno, quam Ioui te excruciandum tradere, qui solus periuria vlciscitur. 152 *cursusque* Ald. cum mss. Helmst. et Basil. 154 *Non v. v. manus*: agnoscit idem et Iul. Sabin. 155 F. *Iurando iure*. Heins. *Infelix ne quid iurando iure piasses!* Conicias melius: *Iuranda — iura piasses*. Nam piatur periurium. Hoc et Io. Schraderum maluisse video. Tum vero scribam: *Iuranda infelix aut vnquam iura piasses!* 157 *Sontica caussa est* em. vir doctus in schedis Wolf. Non video qui metri cura. 158 *cui s. adolescentum* vett. edd. ante Aldinam cum Basil. mss. Iterum impetiginem suam affricuit sequentibus Scholasticus aliquis; et forte ab initio totus locus his versibus solis constabat: *At leuis ille deus, depromens tela pharetra, Virginis in tenera defixit mente sagittam*. Nam quae tandem haec oratio: *ex omni dicto quaeri iniuriam verborum!* Caeterum pro his, quae adsuta sunt, excidisse videntur alia, quibus Minoem puellae conspectum exponeret poeta. 161. 162 Manifeste corrupti

159. *ex omni verborum dicto*: Est ex Scaligeri sententia *dictum* h. l., vt ἔπος, res; sed potius ad iusiurandum voluit referre inscitus homo, qui hos versus seu struxit seu interpolauit: *iniuria verborum*, offensio.

161. 162. Vid. Var. Lect.

 163. Com-

Virginis in tenera defixerat omnia mente.
Quae simul ac venis hausit fitientibus ignem,
Et validum penitus concepit in ossa furorem:
Saeua velut gelidis Ciconum Bistonis in oris,
Iactaue barbarico Cybeles antistita buxo,
Infelix virgo tota bacchatur in vrbe.

Not.

corrupti versus nec sine libro sanandi. Vs. 162 *Heu nimium — visu* omnino insititius est. In mss. Helmst. *Heu n. torret.* In edd. vett. pro *teret, iret*, et pro *visu, nisu* vel *fussu* (hoc et in Basil. mss.) legitur; vnde Scaliger refingebat: *Heu nimium Terei, nimium Tirynthia visu:* tela non puerilia, sed Herculea et qualia Tereus in Procne experturs erat. Mox eo damnato tentabat: *Heu nimium celeri, nimium torrentia nisu.* Barthius *Tirynthia* in *Gortynia* mutabat, *nimium certo nimium feruentia nisu* vel *missu* vir doctus ap. Io. Schrader., qui tentabat: *n. celeri, n. torrentia nisu.* Heinf. *n. penetrantia nisu*, vel, *certis nimium penetrantia iussis.* Io. Schrader. *parentia* substituit. 162 *inuerso* vett. edd. ante Aldinam. *inuerna* Loens. l. c. emendabat: apud eundem *Virgineo* scribitur. *defixit acumina* coni. Heinf. 165 *Ciconum Bistonis in oris.* Est Aldina lectio. Cum alii Βιστονίδα scribant scriptores, solus est Apollonius I, 34 Πιερίη Βιστονίδι, cuius auctoritate producta h. l. media in Bistonis syllaba defendi possit. Accedit Stephani Byz. in Βιστονία auctoritas, qua Bentleius quoque ad Horat. I Carm. 25, 11 vulgatam h. l. tuitus est. Si tamen vett. edd. conferas, et vitium ex iis et medela in promtu est. Nam vt mss. Helmst. taceam: *gelidi Sidonum Bistonis honoris*, mss. Basil. *Sidonum Biston honores*: in Ven. 1484 *gelidi Cidonum Bistonis honores*: in Norimb. *Sinuonum*: in Iunt. et aliis *gelidi Sithonum Bistonis ore.* Quis non ita male inseptisse, eoque sublato, *gelidis Edonum Bistonis oris*, Ἠΐόνων πηόεντα κατ' ἄκρα Βιστώνος, facile agnoscat? et sic Scaliger quoque emendauit, sicque Heinf. in schedis. Bistones et Edones vel Edoni Thraciae circa os Hebri et Ismarum montem saepe occurrunt apud poetas. conf. Aen. XII, 365. Bentl. ad Horat. III, 25, 9. Broukhus. ad Propert. I, 3, 5 et alios. Caeterum simili modo Sithones se habent; in poeta est *Sithoniasque niues*, et Aedonides, αἳ τ' ἐν βύρσῃ Σιθονίῃ κύρσιν ἐπὶ μέγιον αἰάζουσιν apud Parthen. c. 11. Et sunt tamen Steph. Byz. Σιθώνιοι. vid. ad Ecl. X, 66. 166 *Iactaue* ed. Scot.

Fabric. *F. iactaue* Heinf.

163. Comparat Scaliger Catull. LXIII (Epithal. P.), 91 sq. add. Apollon. III, 280 sq., et ad v. 165 Nicand. Alexipharm. 217 sqq. Η ἅτε κεντροφόρος etc.

166. *Iactaue*, h. tibia Phrygia audita simulata et in furorem acta. Alias Gallos nominare solent poetae. Forte h. l. vna ex Maenadibus intelligenda, cf. Catull. LXII (de Aty), 22 sq.

167. Cf. Aen. IV, 300 sqq. de Didone, et VII, 376 sq. de Amata. Sed sqq. adumbrata sunt ex Catullo XXIII, 63 sqq.

168. *Styrax*,

ſtyrace Idaeo fragrantes picta capillos,
nita non teneris pedibus Sicyonia ſertis,
niueo retinens baccata monilia collo.
tum illi incerto trepidant veſtigia curſu.
pe redit patrios adſcendere prodita muros;
asque facit cauſſam ſe viſere turres.
pe etiam triſtis volueus in nocte querelas,
ibus ex altis coeli ſpeculatur amorem;
Caſtraque

68 *Et*, *aut*, perperam alii; et vulgo *florae*, vt ſeriore aeuo bant. *Picta capillos* non intelligo; *l. vulta*, et *fragrantes capil*, nd dubbe; non *flagrantes*, vt in vett. edd. Video quoque lau- vett. *vinctas perfuſa capillos*. Heinſ. *uncta*, vel *tacta*, vel *lauta* bat; *tincta* lo. Schrader. et Iacobs. 169 *Sicyonia* primum ap- e video in Aldina: reſtituerat iam Leopardus in Emendatt. I. II, in vett. edd. eſſet *ſic omnia*. Sicyonii calcei non ſunt. conf. m. *τὰ Σικυώνια*, ſcil. *ὑποδήματα*. Male *Cognita* ad ſuperiora re- nt vulgg. edd.; nam ſunt *Sicyonia cognita*, vt alias *nota*, quibus citur; epitheton ornans. Scaliger poſt Aſcenſium, vt video, ebat *Condita*, quibus conduntur pedes, et Leopard. l. c. *Com-* . Leazius, doctus iuuenis, ad Catulli Epith. Pel. c Catullo 29) coni. *Mollia*, vel *Tegmina*. Si ſemel a ſcripto recedere auſis, *Candida* ſcribere licet. 170 Perperam *bacchata* retinent edd, tiores. *Bacchatum monile* ipſe Maro dedit Aen. I, 655. 172 *pre-* ſcil. *amore*. Sed vix hoc omitti poterat. Leg. *peraita*, vt amantes dicuntur. Sic ipſ. 488. Ita quoque emendaſſe poſt m iam alios nunc video Miſc. Obſſ. Voll. IV, p. 319 et Heinſ. in s. At Iacobs non male coni. *perſica*. Graece extulit *redi-* ere (credit, vt addiscendat), et *facit cauſſam ſe viſere*, praeterit, iniſcitur cauſſam, vt viſat. Etſi hoc valde ſcabrum. Heinſ. it in verbis *per cauſſam*, vt ap. Ouidium ſaepe, v. c. *Candido uſſum brachia ſaepe tenet*. Ita ſcribi poſſit: *A. parat per cauſſam* vel *Aerias quaerens per c.* Enimuero totus verſus eſt ex varia- antecedentis natus: Graeene legit: *Se ſaeua aerias cauſſatus redi-* ere, vt ſit: *She blames herſelf, that ſhe viſits the citadel*. Eſtne ri obiurgare? an voluit *accuſat*? 174 An olim fuit: *triſtis s in paſtore curas*. 175 *amorem* de amato Minoe accipere li- ne; ita vero illud dictum, vt *ex altis caeli ſedibus* ſit, deinper ri. Scaliger reſinxit: *coeli ſpeculatur ad aequa*, vnde dies ſolet exiſtere,

1. *Styrax*, frutex et fruc- tur. Plin. XII, 17, 40. Sty-
eus gummi officinis ad- racem Idaeum, h. Creticum,
noſtris pharmaceuticis Plin. XII, 17, 40. Plinio pa-
ens, *ſtoras* vulgo dictus, rum probari lib. XII, 25, 55,
yria plerumque petebа- ſani a Scaligero notatum eſt.

Virginis in tenera defixerat omnia mente.
Quae simul ac venis hausit sitientibus ignem,
Et validum penitus concepit in ossa furorem:
Saeua velut gelidis Ciconum Bistonis in oris,
Iactaue barbarico Cybeles antistita buxo,
Infelix virgo tota bacchatur in vrbe.

corrupti versus nec sine libro sanandi. Vs. 162 *Heu nimium* — omnino insititius est. In ms. Helmst. *Heu n. terret.* In edd. pro *teroti, tiroi,* et pro *visu, nisu* vel *iussu* (hoc et in Basil. mal) tur; vnde Scaliger refingebat: *Heu nimium Tereï, nimium Tiry visu* — tela non puerilia, sed Herculea et qualia Tereus in Proem pertus erat. Mox eo damnato tentabat: *Heu nimium celeri, ni torrentis nisu.* Barthius *Tirynthia* in *Gortynia* mutabat, *ni certo nimium feruentis nisu* vel *missu* vir doctus ap. Io. Schrader. tentabat: *n. celeri, n. torrentia nisu.* Heinf. *n. penetrantis nisu, certis nimium penetrantis iussis.* Io. Schrader. *parentis* subs *Iõa interno* vett. edd. ante Aldinam. *interna* Loens. l. c. emend apud eundem *Virgineo* scribitur. *defixit acumina* coni. Heinf. *Ciconum Bistonis in oris.* Est Aldina lectio. Cum alii Βιστονίδα dant scriptores, solus est Apollonius I, 34 Πλησὶν Βιστονίδα, cuius toritate producta h. l. media in Bistonis syllaba defendi possit. edit Stephani Byz. in Βιστονὶς auctoritas, qua Bentleius, quoq Horat. I Carm. 25, 11 vulgatam h. l. tuitus est. Si tamen vett. edd. seras, et vitium ex iis et medela in promtu est. Nam vt ms. H taceam: *gelidi Sidonum Bistonis honoris,* ms. Basil. *Sidonum honores* in Ven. 1484 *gelidi Cadmi Bistonis honores*: in No *Sinuosum*: in Iunt. et aliis *gelidi Sithonum Bistonis ore.* Quis n male inseptisse, eoque sublato, *gelidis Edonum Bistonis ori*, H πηδόεντα κατ' ἄκρα Βιστωνὶς, facile agnoscat? et sic Scaliger q emendauit, sicque Heinf. in schedis. Bistones et Edones vel Thracicae circa os Hebri et Ismarum montem saepe occurrunt poetas. conf. Aen. XII, 365. Bentl. ad Horat. III, 25, 9. Broukh Propert. I, 3, 5 et alios. Caeterum simili modo Sithones se ha in poeta est *Sithoniasque nimus*, et Aedonides, αἵ τ' ἐν βαθέῃ Σ πάρῳ ἐπὶ μέσον αὐλίζωσιν apud Parthen. c. 21. Et sunt tamen Σ Byz. Σιθώνιος, vid. ad Ecl. X, 66. 166 *Iactaue* ed. Scot Fabric. F. *Iactaue* Heinf.

163. Comparat Scaliger Catull. LXIII (Epithal. P.), 91 sq. add. Apollon. III, 280 sq., et ad v. 165 Nicand. Alexipharm. 217 sqq. Ἢ ὅτε νεηφόρος etc.

166. *Iliaue*, h. tibia Phrygia audita tinnulata et in furorem acta. Alias Gallos nominare solent poetae. l b. l. vua ex Maenadibu telligenda, cf. Catull. (de Aty), 22 sq.

167. Cf. Aen. IV, 300 de Didone, et VII, 376 I Amata. Sed sqq. adun ta sunt ex Catullo XXII sqq.

168. *S*

tyrace Idaeo fragrantes picta capillos,
ita non teneris pedibus Sicyonia seruans;
niueo retinens baccata monilia collo.
im illi incerto trepidant vestigia cursu.
e redit patrios adscendere prodita muros;
sque facit caussam se visere turres.
e etiam tristis voluens in nocte querelas,
ius ex altis coeli speculatur amorem;

Castraque

8 *Et*, *aut*, perperam alii; et vulgo *storace*, vt seriore aeuo
ant. *Ipicta capillos* non intelligo; f. *vncta*, et *fragrantes capil-*
d dubie, non *flagrantes*, vt in vett. edd. Video quoque lau-
vett. *vinctos perfusa capillos*. Heins. *vncta*, vel *tacta*, vel *lauta*
it; *tincta* Io. Schrader. et Iacobs. 169 *Sicyonia* primum ap-
video in Aldina: restituerat iam Leopardus in Emendatt. I, 11,
vett. edd. esset *sic omnia*. Sicyonii calcei noti sunt. conf.
r. τὰ Σικυώνια, scil. ὑποδήματα. Male *Cognita* ad superiora re-
t vulgg. edd.; nam sunt *Sicyonia cognita*, vt alias *nota*, quibus
itur; epitheton ornans. Scaliger post Ascensium, vt video,
bat *Condita*, quibus conduntur pedes, et Leopard. l. c. *Com-*
Lenzius, doctus iuuenis, ad Catulli Epith. Pel. e Catullo
9) coni. *Mollia*, vel *Tegmina*. Si semel a scripto recedere ausis,
Candida scribere licet. 170 Perperam *bacchata* retinent edd.
ores. *Baccatum monile* ipse Maro dedit Aen. I, 655. 172 *pro-*
scil. amore. Sed vix hoc omitti poterat. Leg. *perdita*, vt
amantes dicuntur. Sic inf. 428. Ita quoque emendasse post
a iam alios nunc video Misc. Obss. Voll. IV, p. 319 et Heins. in
s. At Iacobs non male coni. *percita*. Graece extulit *redit*
re (redit, vt adscendat), et *facit caussam se visere*, praetexit,
inficitur caussam, vt visat. Etsi hoc valde scabrum. Heins.
t in verbis *per caussam*, vt ap. Ouidium saepe, v. c. *Candida*
ussam brachia saepe tenet. Ita scribi possit: *A. parat per caussam*
vel *Aerias quaerens per c.* Enimuero totus versus est ex varia-
antecedentis natus. Greene legit: *Se saepe aerias caussatur red-*
rres, vt sit: *She blames herself, that she visits the citadel*. Estne
ri obiurgare? an voluit *accusat?* 174 An olim fuit: *tristes*
s in pectore curas. 175 *amorem* de amato Minoe accipere li-
ne; ita vero illud durum, vt *ex altis coeli sedibus* sit, desuper
ri. Scaliger refinxit: *coeli speculatur ad oram*, vnde dies solet
existere,

8. *Styrax*, frutex et suc-
seu gummi officinis ad-
nostris pharmaceuticis
iens, *storax* vulgo dictus,
yria plerumque peteba-
tur. Plin. XII, 17, 40. Sty-
racem Idaeum, h. Creticum,
Plin. XII, 17, 40. Plinio pa-
rum probari lib. XII, 25, 55,
iam a Scaligero notatum est.

Gaudete, o celeres, ſubnixae nubibus altis,
Quae mare, quae virides ſiluas, lucosque ſonantes
Incolitis; gaudete, vagae blandaeque volucres;
Vosque adeo, humani mutatae corporis artus
Vos o crudeli fatorum lege, puellae
Dauliades, (crudele) venit cariſſima vobis
Cognatos augens reges numerumque ſuorum
Ciris, et ipſe pater: vos, o pulcherrima quondam
Corpora, caeruleas praeuertite in aethera nubes,
Qua nouus ad ſuperum ſedes Calcheius, et qua
Candida conceſſos adſcendat Ciris honores.
Iamque adeo dulci deuinctus lumina ſomno
Niſus erat; vigilumque procul cuſtodia primis
Excubias

196 *Aera quae* coni. Heinſ. 197 *vagae laudate v.* mſ. Helmſt. 198 *Vsque adeo* vett. edd. cum mſ. Baſil., et mox *Vix o crudelis*: hoc *crudelis* etiam mſ. Helmſt. Loenſis corrigebat *Atque adeo*. 199 *crudelis* mſ. Baſil., ſaltem *crudeles*. 200 *crudele*. Praeclare Scaliger emendat: *gaudete*: quod et Heinſ. probat, niſi quod tentat: *D. querulae, venit en c.* Mox *numerumque ſororum* coni. Barthius. 203 *praeuerrite* em. Heinſ. *in aethere* Io. Schrader., probe. 204 *nouus ad ſ. ſ. Haliaeetus* vere vtique a Scaligero reſtitutum arbitror, vt ab eo iterum diſceſſiſſe editores mirer. In idem acumen iam ante Nic. Loenſis VIII Miſcell. Epiphyll. 26 inciderat. Heinſ. tamen: *ad ſedes ſuperum Aleathoeius heros*. 205 *accedat* idem Loenſis, probat Heinſ. Forte lenius foret: *et qua Candida conceſſo ſuccedat Ciris honore*, ſcil. ad ſuperum ſedes. 206 *deuictus* vett. ante Aldinam. Vtrumque ferri poteſt: melius tamen *deuinctus*. Nimis nota haec ſunt quam vt verbum addere neceſſe ſit. Iam Homer. Od. ψ, 17 ἐπέδησε φίλα βλέφαρα — ὕπνος. 207 *primas Excubias* coniiciebat Lindenbruchius, vt temporis eſſet, non loci, notatio.

195. Non male inuenta, quae ſequuntur. Nam ſi Niſus Pandionis II. Athenarum regis fuit filius, Philomelam et Procnen, Pandionis I. filias, quarum altera Tereo, Daulidis regi, nupta fuit, ei cognatione coniunctas fuiſſe neceſſe eſt. *Vos, o puellae Dauliades, crudeli fatorum lege mutatae* (κατὰ) *artus corporis humani*.

206 ſqq. Qui ſequitur locus magno poeta dignus videri poteſt.

208. *ſtudio*

›ias foribus ſtudio iactabat inani:
furtim tacito deſcendens Scylla cubili
us adrectis nocturna ſilentia tentat:
eſſis tenuem ſingultibus aera captat.
ſuſpenſa leuans digitis veſtigia primis
litur; ferroque manus armata bidenti
ıt: at demtae ſubita in formidine vires.
ıleas ſua furta prius teſtatur ad vmbras.
, qua ſe ad patrium tendebat ſemita limen,
›ulo in thalami paulum remoratur; et altum
cit ad culti nutantia ſidera mundi,
ıdcepta piis promittens munera diuis.
n ſimul Ogygii Phoenicis filia Carme

Surgere

8 *ductabat* Heinſ. ad Ouid. Faſt. III, 245. *Iactare* tamen prae-
ıia ſtudio *inani*. v. Not. Ecl. II, 5 *haec Montibus et ſiluis ſtu-
ıbat inani*. 211 *Et primum t.* mſ. Baſil. 214. 215 *ac d.*
cinſiana et aliae edd. *teſtantur* neſcio quis primus intulerit;
am in Pithoeana. Ita *vires demtae teſtantur* iungenda ſunt.
, vt in ardua re, prae metu, virium defectio prodit conſilium
cultum. Vetus lectio eſt, etiam Aldinarum, *teſtatur*; ita ora-
rocedit: *At* (Scaliger ſic malebat *Vt*, ſimulac) *demtae* (ſunt)
nam *in* ſublatum malo) *formidine vires*. *Caeruleas* (ſcil. illa)
ı *prius teſtatur ad vmbras*, vota facit ad deos, quod vſſ. 218.
ſertius exponitur. Sic alias precantur homines *ad auras*.
ı *caeruleas* dixit vt νύκτα κυανέην, κυανέαν ὄρφναν. 218 *ad*
imum ab Aſculano excuſum video, pro vitioſo *ad coeli*. Cul-
ndum de caelo dici poſſe non infitior: tamen id orationem
ffectatam ſapere videtur. Malim *ad celſi — mundi*; hoc et
coni. Tum *nictantia ſidera* cum Scaligero et mſ. Baſil. prae-
ſcintillantia. Alius eſt *mundus pondere nutans* in Ecl. IV, 50.
rutilantia. 219 *piis diis*. Greene: *a whimſical expreſſion: it
be: pie*. Dubitare non debebat: ſi meminiſſet vel illud Aen.
, *ſi quid pia numina poſſunt*, h. benigna, bona. 220 *Car-
ine* ſcribendum, non *Charme*. Eſt Κάρμη, non Χάρμη.

:. *ſtudio iactabat inani*,
ias agebat: ſed reſpectu
:, quae eos fefellit.
. Ouid. Faſt. I, 425
*amans, animamque te-
ſtigia furtim Suſpenſo*
digitis fert taciturna gradu.
Mox *ferrum bidens* int. for-
ficem.

220. De Carme et Brito-
marti v. Excurſ. ad h. l.

223. *Corripit*

Surgere ſenſit anus (ſonitum nam fecerat illi
Marmoreo aeratus ſtridens in limine cardo)
Conripit extemplo feſſam languore puellam:
Et ſimul, o nobis ſacrum caput, inquit, alumn
Non tibi nequidquam viridis per viſcera pallor
Aegrotas tenui ſuffudit ſanguine venas;
Nec leuis, hoc faceres (neque enim pote), cura ſube
Haud fallor, quod te potius Rhamnuſia fallit.
Nam qua te cauſſa nec dulcis pocula Bacchi,
Nec grauidos Cereris dicam contingere fetus?
Qua cauſſa ad patriam ſolam vigilare cubile,
Tempore quo feſſas mortalia pectora curas,

Q

223 *obſeſſam languore* coni. Iacobs; vt ſaepe poetae *malis obſeſſ* dicant aliquem. 224 *Et famulo nobis* mſ. Helmſtad. *earum put* malit Io. Schrader. pag. 58 Emendatt. *caput alumnae* Aldina hinc edd. Fabric. et al., male. 226 *Aegroto tenui* et *tenuis e* vett. cum mſ. Baſil., ſed emendatius dedit Aldina. 227 *hanc tem* e Pithoeana in edd. Plantin. et alias venit: ab emendatione doctiſ vtique profectum. Vetus lectio etiam Aldinae cum mſ. B erat *hoc faceret:* quod facile cum Scaligero refingi poterat: *Nec h hoc facere (neque enim pote) cura ſubegit:* nec leuis amor te ad hoc ciendum adegit, vt noctu ſurgeres. Greene: *Non leuis, vt face quod non pote, cura ſubegit.* 228 *quod te potius Rhamnuſia fa* Qui ſenſus inde elici poſſit, non video. *fallat* Loenſis l. c. em dat. Baſil. mſ. *fallor.* In Iunt. et aliis *fallar*, et hoc Scaliger traxit, vt ſit: *Haud fallor: quod te potius, Rhamnuſia, fallar!* omi *precor:* hoc eſt: quod potius te precor, Rh. Nemeſis, vt fallar. poetae ſimili more dicerent: *Haud fallor: quamquam o potius Rh. fallar!* Heinſ. *atque o potius, Rh., fallar!* Io. Schrader. Emendt pag. 60 *quod vt o p. Rh. fallar!* Porro *Amathuſia* coni. Markland. Stat. V Silu. 3, 258. 231 *Qua cauſſa* Aldd. *quae* in al. 232 go *pectora requieſcunt*, faciunt quieſcere, *curas feſſas:* cum ipſa *feſſa.* Alioqui *feſſae mortalia pectora curae* coniicerem: *ipſae curae feſſaq pectus* quieti ſe dare concedunt.

223. *Corripit* Carme eam, vt ſuſtineat lapſuram. Caeterum comparari cum ſeqq. poteſt Ouidii locus de Myrrha eiusque nutrice Met. X, 382 ſqq. 225. *viridis pallor* ex χλωρὸς pro ὠχρὸς, nē res eſt. 230. *grauidos Ce ris fetus.* Scaliger γονίμ fecundos vel fetificos, inte pretatur. Ge. II, 143 *gra dae fruges*, et Ge. I, 319 *g*

vi

Excubias foribus studio iactabat inani:
Cum furtim tacito descendens Scylla cubili
Auribus adrectis nocturna silentia tentat:
Et pressis tenuem singultibus aera captat.
Tum suspensa leuans digitis vestigia primis
Egreditur; ferroque manus armata bidenti
Euolat: at demtae subita in formidine vires.
Caeruleas sua furta prius testatur ad vmbras.
Nam, qua se ad patrium tendebat semita limen,
Vestibulo in thalami paulum remoratur; et altum
Suspicit ad culti nutantia sidera mundi,
Non adcepta piis promittens munera diuis.
Quam simul Ogygii Phoenicis filia Carme

Surgere

208 *ductabat* Heins. ad Ouid. Fast. III, 245. *Iactare* tamen praestat, quia studio *inani*. v. Not. Ecl. II, 5 *haec Montibus et siluis studio iactabat inani*. 211 *Et primum t.* ms. Basil. 214. 215 *ac d.* male Heinsiana et aliae edd. *testantur* nescio quis primus intulerit; video iam in Pithoeana. Ita *vires demtae testantur* iungenda sunt. Subita, vt in ardua re, prae metu, virium defectio prodit consilium eius occultum. Vetus lectio est, etiam Aldinarum, *testatur*; ita oratio sic procedit: *At* (Scaliger sic malebat *Vt*, simulac) *demtae* (sunt) *subita* (nam *in* sublatum malo) *formidine vires*. *Caeruleas* (scil. illa) *sua fata prius testatur ad vmbras*, vota facit ad deos, quod vss. 218. 219 disertius exponitur. Sic alias precantur homines *ad auras*. *Vmbras caeruleas* dixit vt νύκτα κυανέην, κυανέαν ὄρφναν. 218 *ad culti* primum ab Asculano excusum video, pro vitioso *ad coeli*. Cultum mundum de caelo dici posse non infitior: tamen id orationem male affectatam sapere videtur. Malim *ad celsi — mundi*; hoc et Heins. coni. Tum *nictantia sidera* cum Scaligero et ms. Basil. praeferam, scintillantia. Alius est *mundus pondere nutans* in Ecl. IV, 50. Heins. *rutilantia*. 219 *piis diis*. Greene: *a whimsical expression; it should be: pie*. Dubitare non debebat: si meminisset vel illud Aen. IV, 384 *si quid pia numina possunt*, h. benigna, bona. 220 *Carme* scribendum, non *Charme*. Est Κάρμη, non Χάρμη.

208. *studio iactabat inani*, excubias agebat: sed respectu Scyllae, quae eos fefellit.

212. Ouid. Fast. I, 425 *Surgit amans, animamque tenens vestigia furtim Suspenso digitis fert taciturna gradu*. Mox *ferrum bidens* int. forficem.

220. De Carme et Britomarti v. Excurs. ad h. l.

223. *Corripit*

Nam te iactari, non est Amathusia nostri
Tam rudis, vt nullo possim cognoscere signo;
Si concessus amor noto te macerat igne:
Per tibi Dictynnae praesentia numina iuro,
Prima deum quae te mihi dulcem donat alumnam,
Omnia me potius digna atque indigna laborum
Millia visuram; quam te tam tristibus istis
Sordibus et scoria patiar tabescere tali.

Hae

Heinsius (Misc. Obss. Vol. IV, pag. 323) *animos* vel *amens*. In m Helmst. erat *animis iactaris amorem*. 242 *Amathuntia* Iunt. et alia quod praefert Scaliger, etsi vtrumque vsitatum poetis: *nostri* vet edd. cum Aldina agnoscunt: quod accipiendum: Venus non ta ignara mei, a me non tam aliena est: h. ego amoris non tam rud sum. Consueuerat enim illa cum Ioue ex eoque Britomartin peper rat; sed Iunt. *nostra* dedit, idque Scaliger probat: non ita auer mea Venere de amore iudico: οὐχ οὕτως εἰμὶ ἀπειραφρόδιτος. Capi Durius tamen hoc: mea Venus non est tam rudis, h. e. ego in am re non tam rudis sum. 244 *concessus* vett. edd. cum Aldina tuer tur; *confessus* ed. Iunt. et aliae: quod arripit Scaliger, vt sit amo qui in confesso est, et quidem, vt recte Taubmann. explicat, abie to omni pudore. Id per se bene dici nemo dubitet: Petron. 12 *Idaeo quales fudit de vertice flores Terra parens, cum se confesso iunx amori Iupiter*. Enimuero non inhonesto amori operam et studiu suum pollicetur nutrix; sed honesto et licito. Induxit viros doct in fraudem τὸ *sin*: quod h. l. vulgo legebatur. At requiritur, quo in Aldd. habetur, *Si concessus*, quod interpretatur illud superius: *al quouis amore*: scil. excepto illo incesto. Etiam Barthius Scaligerur refellit Aduers. IV, 23. 246 Vett. edd., etiam Aldd., cum ms. Basi *P. d. quae dulce mihi te donat al.*, hinc Iunt. *P. d. dulcem mihi quae t d.*, de Tortis: *P. d. quae dulce mihi te d.* In promtu est: *Prima de cus quae dulce mihi te d. a.* Videtur et Heins. sic coniecisse; sicqu Io. Schrader. Quod nunc vulgo legitur, videtur a Pithoeo profec tum. *quae*, *prima deum*, h. quae dea magna, potens inter caetera deas, *donat* pro donauit. Aen. IX, 266 *Cratera antiquum quem da Sidonia Dido*. 247 *d. atque i. laturam* vett. edd. cum ms. Basil. corrupte. Emendatum dedit iam Aldina, vt dicat, se potius omni *millia laborum esse visuram*, experturam (Propert. *At tibi curarum millia quanta dabit?*), cf. ins. 521, *digna atque indigna* (cf. Aen. IX 595), quam vt eam misero amore contabescere sinat. 249 *scori patiar tabescere tali*. Recte Scaliger negat Virgilium sordida verba e plebi

amore aliquo iactari bene intelligo; *Si*, inquam, *concessus amor noto te macerat igne*; sequitur apodosis: *Per tibi D.*

245. Dictynnam nunc d ipsa Diana poeta videtur accipere. conf. Excurs. ad v. 220 f.

250. Vtqu

laec loquitur: mollique vt se velauit amictu, 250
idulam iniecta circumdat veste puellam,
e prius in tenui steterat succincta corona.
ia deinde genis rorantibus oscula figens,
quitur miserae caussas exquirere tabis.

Nec

fece huc insersisse. Heins. ingeniose: *te tam tristibus aegram*
us et cura. Idem tentabat: *Filia, laturam;* vel *passuram:* nam
il. ms. *milio laturam.* Certe *scoria*, de metalli sordibus proprie
an de morbi vel luctus squalore ab aliis dicta sit, ignoramus.
scoria ex σκωρία vel σκωρεία primam haberet longam. Possit
n huic vitio ita occurri, vt dissyllaba vox *scorja* fiat; Sed ipsa
rioris grammatici et forte monachi, qui de scoria scabiei, qua
atur, cogitabat, manum redolet. Multo foedius vocabulum
uebat Reinesius Epist. ad Daumium Append. p. 332 *forica*, h.
. Barthius *carie*, Scaliger legebat: *scabre tabescere tali:* a
s, antiquata voce. Sed, si antiquata inferenda sunt, possit alius
coniicere, a squales, h. e. squalor. De veritate tamen scrip-
ita non magis constat. Vetus edit. apud Loensem l. c. habebat
ms. Helmst. *et sconia*, quod ad *scoriam* alludit. Nec tamen eo
iendum erat poetae, vt casca tali voce vteretur; poterat enim
re: *tali tabescere peste, tali liquescere tabe.* Vir doctus Misc. Obss.
323 tentabat *cura* vel *senio: cura* quoque Heins. et Io. Schaa-
Ex his vero corruptela ista enasci vix potuit. Verum omnino
locus inde a 241 a seriore manu venit. 250 Vir doctus in
Obss. Vol. IV, p. 323 tentabat: *vt se euelauit*, vel *molli vt se de-*
: nam nutricem detractum suis humeris tegmen puellae inie-
Recte. Annon vero sic nutrix ipsa erat velata? Ergo: vt illa
este amicta, puellam circumdat ea. Si quid mutandum, lec-
altem *velarat.* Sed *velauit* defendi potest, quod praesenti tem-
vtitur, *circumdat.* Si *circumdabat* fuisset, necessario *velauerat*
ebatur. 251 *intacta veste* Ascens. legerat. 252 *Quae prius*
ui steterat succincta corona. Equidem totum versum sublatum
tamquam assutum inepti hominis interpretamentum. *Coro-*
x στεφάνη pro strophio dictam esse posse putabat Scaliger; mox
in strophio, non satis latinum esse videns, *crocotam* ex ingenio
uit. Est sane ea muliebris vestis, sed palla pretiosa et opipara,
publico, quoties prodirent, vsae sunt puellae, vix in thala-
um e lecto surgerent. Manet deinde vel sic illa scabrities: *in*
succincta crocota: etsi iungi posse video: stabat in tenui crocota,
cta. Defendit tamen Scaligeri acumen Ruhnken. ad Vellei.
. Contaren. Var. Lect. 8 distinguit: *Quae prius in tenui stete-*
succincta corona, h. strophio, *in tenui veste.* Sed parum hoc
xpedit: *prius vt* edd. vett. ante Aldinam. 254 *Prosequitur*
. Alterum hemistichium, *caussas exquirere talis*, iterum in-
quinatum;

o. Vtque ipsa, scil. Car-
amicta erat molli veste.

Nota forma dicendi, pro quo-
niam, quandoquidem.

Nec tamen ante vllas patitur sibi reddere voces,
Marmoreum tremebunda pedem quam retulit intra.
Illa autem, Quid nunc me, inquit, nutricula, torques
Quid tantum properas nostros nouisse furores?
Non ego consueto mortalibus vror amore,
Nec mihi notorum deflectunt lumina voltus,
Nec genitor cordi est: vltro namque odimus omnis
Nil amat hic animus, nutrix, quod oportet amari,
In quo falsa tamen lateat pietatis imago:
Sed media ex acie, mediis ex hostibus. Heu hei
Quid dicam? quoue ipsa malum hoc exordiar ore?
Dicam equidem: quoniam quid tu tibi dicere, nutrix
Non finis; extremum hoc munus morientis habeto.
Ille, vides, nostris qui moenibus adsidet hostis,

Quer

quinetum: siue enim *tauffas tales*, seu cum Barthio *miserae talis* iur gas, vtrumque inficetum est. Haud dubie fuit *tabis*: et sic vide virum doctum in Misc. Obss. Vol. IV, p. 325 dudum coniecisse; fi que Heins. Repetitur tamen *tabis* nimis ex propinquo vs. 24 Max *Marmoreum pedem* cf. Ge. IV, 523. 257 *Quid me inquit* Alde Heins. em. *Quid io! me, inquit.* Ouid. *Quid, io, freta longa pere rat.* 263 *In quo.* Melius *Nil* repeteretur: *Nil, quo falsa tame* 266 *quoniam quid tu tibi dicere, nutrix, non finis.* Non intelligo qui sibi velit. Nescio an alii intellexerint. Ed. Iunt. *quid me.* Ed vett. cum mss. Basil. *quid non.* An fuit: *Dicam equidem: quamquan o, quid me non dicere, nutrix, non finis?* vt *non dicere* sit, silen silentio tegere; eaque adeo iterum, quae ora est dicere, interrum pat. 267 *extremum hoc munus morientis habeto* petitum ex Ecl. VII 60 et fidem facit vtrumque. versum 266 et 267 Scholastici commentum esse habendum.

260. *notorum vultus*, non noti, amici, *deflectunt lumina.* Ait se non amicorum amore tangi, sed, quod vix credibile, hostium, vt Scaliger bene explicat. *Deflectunt lumina*, oculos nostros, ea, quae admiramur aut quorum amore et cupiditate incendimur, vt ab intuitu male no- bis temperemus atque eo dem discedentes respiciamus Mox *vltro* significatione illa qua pro vltra, insuper, po situm habetur; immo vero multo magis; vt Aen. XII, et toties.

263. *In quo f.* puta, si pa trem amaret.

269. *Quen*

Haec loquitur: mollique vt ſe velauit amictu,
Frigidulam iniecta circumdat veſte puellam,
Quae prius in tenui fleterat ſuccincta corona.
Dulcia deinde genis rorantibus oſcula figens,
Perſequitur miſerae cauſſas exquirere tabis.

Nec

plebis fece huc inſerſiſſe. Heinſ. ingenioſe: *te tam triſtibus aegrae Sordibus et cura.* Idem tentabat: *Filla, laturam;* vel *paſſerum:* nam in Baſil. mſ. *milio laturam.* Certe *ſcoria*, de metalli ſordibus propriè dicta, an de morbi vel luctus ſqualore ab aliis dicta ſit, ignoramus. Tum *ſcoria* ex *σκωρία* vel *σκωρία* primam haberet longam. Poſſit quidem huic vitio ita occurri, vt diſſyllaba vox *ſcorja* fiat; Sed ipſa vox ſerioris grammatici ex forte monachi, qui de ſcoria ſcabiei, qua vexabatur, cogitabat, manum redolet. Multo foedius vocabulum ſubſtituebat Reineſius Epiſt. ad Daumium Append. p. 332 *forica*, h. latrina. Barthius *caria*, Scaliger legebat: *ſcabre tabeſcere tali:* a ſcabres, antiquata voce. Sed, ſi antiquata inferenda ſunt, poſſit aliis *ſquale* coniicere, a ſquales, h. e. ſqualor. De veritate tamen ſcripturae ita non magis conſtat. Vetus edit. apud Loenſem l. c. habebat *illa.* mſ. Helmſt. *et ſconia*, quod ad *ſcortum* alludit. Nec tamen eo deueniendum erat poetae, vt caſca tali voce vteretur; poterat enim ſcribere: *tali tabeſcere peſte, tali liqueſcere tabe.* Vir doctus Misc. Obſſ. IV, p. 323 tentabat *cura* vel *ſenio: cura* quoque Heinſ. et Io. Schraderi. Ex his vero corruptela iſta enaſci vix potuit. Verum omnino locus inde a 241 a ſeriore manu venit. 250 Vir doctus in Miſc. Obſſ. Vol. IV, p. 323 tentabat: *vt ſe velauit*, vel *molli vt ſe velauit:* nam nutricem detractum ſuis humeris tegmen puellae inieciſſe. Recte. Annon vero ſic nutrix ipſa erat velata? Ergo: vt illa tot veſte amicta, puellam circumdat ea. Si quid mutandum, ſatis ſaltem *velarat.* Sed *velauit* defendi poteſt, quod praeſenti tempore vtitur, *circumdat.* Si *circumdabat* fuiſſet, nepeſſario *velauerat* requirebatur. 251 *intacta veſte* Aſcenſ. legerat. 252 *Quae prius in tenui fleterat ſuccincta corona.* Equidem totum verſum ſubleuem velim tamquam aſſutum inepti hominis interpretamentum. *Corona* enim ex *στεφάνη* pro ſtrophio dictum eſſe poſſe putabat Scaliger; mox *cinctus in ſtrophio*, non ſatis latinum eſſe videns, *crocotum* ex ingenio ſubſtituit. Eſt ſane ea muliebris veſtis, ſed palla pretioſa et opipara, qua in publico, quoties prodirent, vſae ſunt puellae, vix in thalamo, cum e lecto ſurgerent. Manet deinde vel ſic illa ſcabrities: *in tenui ſuccincta crocota:* etſi longi poſſe video: ſtabat in tenui crocota, ſuccincta. Defendit tamen Scaligeri acumen Ruhnken. ad Velleii. p. 347. Contaren. Var. Lect. 8 diſtinguit: *Quae prius in tenui fleterat, ſuccincta corona*, h. ſtrophio, *in tenui veſte.* Sed parum hoc rem expedit. *prius vt* edd. vett. ante Aldinam. 254 *Proſequitur* Aldina. Alterum hemiſtichium, *cauſſas exquirere tabis*, iterum in quinarium;

250. Vtque ipſa, ſcil. Carine, amicta erat molli veſte.

Nota forma dicendi, pro quoniam, quandoquidem.

Ante hunc conspectum casusue deusue tulisset:
Aut ferro hoc (aperit ferrum quod veste latebat)
Purpureum patris demissem vertice crinem,
Aut mihi praesenti peperissem volnere letum.
Vix haec ediderat, cum clade exterrita tristi
Intonsos multo deturpat puluere crinis,
Et graulter questu Carme conplorat anili:
O mihi nunc iterum crudelis reddite Minos,
O iterum nostrae Minos inimice senectae,
Semper et, aut olim nata, o te propter eundem,
Aut amor insanae luctum portauit alumnae.

Te

279 *Ante expectatum* legi malit Scaliger, vt Ge. III, 348, aut *te hunc conspectum* eo sensu accipi: quod non necesse est; nam: *hunc conspectum*, obtutum, ante oculos meos, h. mihi obtuli meis oculis obiecisset. Drakenborch. ad Silium II, 31 non magis S ligeri acumen probat, idem tamen malit: *Ante in conspectum*; id praestat haud dubie. *casusue deusue* vid. ad Cul. 192. 281 He *patrio*; cf. sup. 185. 283 *tristis* ms. Basil. Ed. Ven. 1484. Ead vs. sequ. *multo deturpat vulnere*. *multo turpauit puluere* ms. Ba 284 *Intonsos crines*. Vix recte de vetula. *Incomtos* melius He 286 Scaliger iungebat: *crudelis reddite*, o mihi nunc iterum esse crudelis. Mox non verum putabat hoc, et emendabat: *mihi n iterum crudeliter addite Minos*: vt sit dictum ad illud exemplum: *T eris addita Iuno* Aen. VI, 90, vbi vid. Not. Verum in ea notione cis aduerbium apponi vix solet. Turbauit viros doctos male insti ta verborum structura. Debebant iungere: *O crudelis Minos, n iterum mihi reddite*. Interpunctionem etiam in sqq. 288. 289 em daui. Nam: *Et propter eundem te semper aut olim nata, aut n amor insanae alumnae, luctum portauit mihi*, h. apportauit, attu Miro modo interpolat haec Scaliger: *Semper et ante olim natae propter eundem; Ah amor insanae luctum portabat alumnae*. Id *portare luctum* comparat cum Graeco κῆδος φερεσεῖν. In vett. c ante Iuntinam *natae o te* vel, vt Aldina, *natae te p.*, quod non de rius sed multo comtius dixerim; vt sensus sit: *Et semper amor p tauit luctum propter te eundem aut olim natae aut nunc alumnae*, *vnde*. Lenius quoque esset: *Semper enim*. Io. Schrader. coni. *Se per vt aut olim natae — portaret alumnae*. Nec hoc male.

287 *O nimium nostrae* ms. Basil., recte.

280. *aperit ferrum quod veste latebat*. Aen. VI, 406 *aperit ramum qui veste latebat*.

286 sqq. Conf. Var. Lect. Respicit fata filiae Britomartis, cuius amore Minos exa ferat, quem illa fugiens Dictynnaeo promontorio mare se praecipitare malu rat. vid. Exc. ad v. 220.

290. *cap*

ego tam longe capta atque auecta nequiui,
raue seruitium, tam duros passa labores,
re, vt sistam exitium crudele meorum?
m nec nobis ea, quae senioribus, vllum
viuendi vitae genus. Vt quid ego amens
pta, o Britomarti, meae spes vna salutis,
Britomarti, diem potui producere vitae?
vtinam celeri ne tantum grata Dianae
Venatus.

vt sistam: vt finis tandem sit calamitatum, quas ex te ex-
r meae et filia et nutritia. Emendatio haec est, a Pithoeo
sed bona. Scaliger ex vett. edd. lectione, quae erat *ob-*
t et ms. Basil.): alicubi etiam, *absistam*, exsculpsit *qui obs-*
gis ingeniose Heins. inde elicit: *o siste exitium*. 293. 294
nec nobis ea, quae senioribus, vllum Copia viuendi genus.
aec nobis primum in Iuntina visa: probata eadem Scaligero,
impedita: vt tamen sententia saltem aliqua erui possit: *Iam*
a quidem, quae tamen senibus esse, contingere, solet, *Copia*
li genus vitae, si non quod volumus, tamen *vllum*. Scali-
: *πᾶς βίος ἀβίωτος ἡμῖν*. Edd. vett. cum ms. Basil. *Viuendi*
iuit genus; inde Aldinae *Viuendi cupiam viuit genus*. Heins.
amiam nec nobis aeui (vel *aeuo*) *senioribus vllum Viuendi opta-*
genus. Mox *Vt quid ego*: leg. *At* vel *Ah*, vel *Ecquid*: nam,
ro quare, barbarum puto. In marg. ed. Scot. *Aut*. 295 In
et ms. Basil. *Te erepto britomarte est spes vana sepulcri*. Sed,
legitur, est emendatum in Aldina; at in Iuntina: *Te erepta,*
tis, spes est vana sepulcri. Scaliger idem in aliis repertum
: *mei spes vna sepulcri*. Loensis l. c. *spes est vlla sepulcri*.
ast. *mei spes vna sepulcri*. Ita saltem legam: *Te erepta, o*
ti, mihi spes vna sepulcri est: te erepta nihil amplius est,
votis habeam aut sperare possim, quam sepulcrum. 296 *Te*
te vett. edd. 297 Legebatur *Cereri*: cur *Cereri*? quod-
s studium vel contubernium esse poterat, cui puella se addi-
Ferrem, si Palladem memoraret. In promtu est, *celeri* lege-
ne in Aldina et inde in ed. de Tortis expressum et ex ms.
notatum video, vt fuisse arbitrer: *Atque vtinam celeri ne tan-*
a Dianae etc., vtinam ne esses sectata venatus, Dianae celeri
grata. Ita et Io. Schrader. Emendatt. pag. 61, nisi quod *non*
tantum.

capta atque tam longe
Ex Creta igitur Car-
tina abducta Megara
sse putanda. Nec ta-
e Minoem se effugisse

297. Britomartis venatrix,
a Minoe conspecta, et, vt
eius insidias fugeret, prae-
ceps in mare delata. cf. Var.
Lect. et Exc. ad v. 220, vbi
et de vss. 303 sqq.

Venatus esses virgo sectata virorum,
Cnossia neu Partho contendens spicula cornu
Dictaeas ageres ad gramina nota capellas:
Nunquam, tam obnixe fugiens Minois amores,
Praeceps aereis specula de montibus isses:
Vnde alii fugisse ferunt, et numina Aphaeae
Virginis

tantum. Parrhasium in Quaesitis per epistol. 30 (p. 50 Steph.) *Veneri* legisse video: ita *Venatus virorum* nimis lepide subiiciuntur. Video tamen et Heinsium hoc amplecti. 298 *Venatus — virorum:* esse ergo debent, quibus viri studere solent. Immo leg. *Venatus virgo sectata ferarum.* Hoc et Io. Schrader. l. c. Porro ed. Ven. 1484 *sacrata.* 299 *Gnosia neupharto* eadem vetus editio: *neufarto* ms. Helmst. *neupactio* vet. ed. apud Loensem l. c., et Iunt. *naupacto:* idque Domitius interpretatur cum Ascensio. *nauphraeo cornu* Iul. Sabinus legerat. *neu Partho* emendatum iam in Aldina. 300 *puellas* in fine habet Aldina perperam, etsi de puellarum choreis velis accipere. Etenim laborat totus locus luxatione, vnde nec membra sibi respondent; estque is adeo, nisi versus 299 omnino a male manu illatus est, sic restituendus;

Atque vtinam celeri ut tantum grata Dianae,
Cnossia neu Partho contendens spicula cornu,
Venatus esses virgo sectata ferarum!
Dictaeas ageres ad gramina nota capellas:
Nunquam etc.

Si pascendis gregibus illa vacasset, non in conspectum Minois venantis ventura fuisset. 301 *fugeres* cum Basil. ms. vett. edd. ante Aldinam; eaedem *Minoos.* 302 Vett. omnes: *aeriis specula de montibus*, nisi quod in ed. de Tortis *specula* non comparet, et in vet. ed. apud Loensem *Nec specula aeriis praeceps de.* Forte *specula* substitutum, cum olim montis nomen fuisset: *aeriis Dictae de montibus*, Callimachi exemplo, in Dian. 198 sq., vbi vid. Spanhem., etsi is a Strabone propterea reprehensus fuit lib. X, p. 733. 734. Scaliger, probante Heinsio, corrigebat: *aerii specula de montis abisses:* vt Ecl. VIII, 59 *Praeceps aerii specula de montis in altum Deferar:* alia emendatio suppeteret ex carmine, quod noster poeta perpetuo ante oculos habere solet, Catull. LXIII, 244 *Praecipitem sese scopulorum e vertice iecit.* 303. 304 Si sequentia ab ipso poeta profecta sunt: alieno vtique loco sunt interposita. In lamentis matris quis talia expectet! Legebatur: *et numina Phocae Virginis assignant.* Sic Aldina dederat. Vett. edd. *Phorae, Photae.* Mirum *Phocae* nomen relictum, cum manifesta sit corruptela et a viris doctis Paullo Leopardo Emendatt. X, 24 et iam ante eum, vt video, a Iano Parrhasio, Quaesit. per Epist. 30 dudum deprehensa et emendata. Delatam in mare Britomartin, Aeginetae narrabant, piscatorum retia casu excepisse, sicque eam seruatam in insulam Aeginam deportatam, vbi sub deae *Aphaeae* nomine culta est. Nomen et ipsum cum fabula consentit, *ἀπὸ τοῦ ἀφεῖναι.* conf. Pausan. II, 30 et inf. Excurs. ad v. 220, et est

Virginis adſignant: alii, quo notior eſſes,
Dictynnam dixere tuo de nomine Lunam.
Sint haec vera velim: mihi certe, gnata, periſti.
Numquam ego te ſummo volitantem in vertice montis
Hyrcanos inter comites agmenque ferarum
Conſpiciam, nec te redeuntem amplexa tenebo.
Verum haec tum nobis gratia atque indigna fuere,
Tum, mea alumna, tui cum ſpes integra maneret;
Et vox iſta meas nondum violauerat aures.
Tene etiam Fortuna mihi crudelis ademit?
Tene, o ſola meae viuendi cauſſa ſenectae?
Saepe tuo dulci nequidquam capta ſopore,

Cum

eſt *numina Aphaeae* in mſ. Baſil. Sed caetera verba incertae ſunt lectionis. Leopardus l. c. legit: *et numen Aphaeae Virginis Aeginae eſt*, Scaliger *et numen Aphaeae Virginis aſſignant*. Non video cur non retineamus, quod proximum eſt: *et numina Aphaeae Virginis aſſignant*. Nam facta illa dea. vid. Pauſan. l. c. 304 *quo notior eſſet* vett. edd. nonnullae. 305 *F. Dictynnam dixere, tuo de nomine, Lunam.* 306 *periſſet* vett. edd. ante Aldinam cum mſ. Baſil. 307 *in* abeſt Ald. *volitantem*: illuſtrat Mitſcherl. noller in Lection. p. 11. 308 *Hyrcanos inter comites*. Canes eſſe volunt, ſatis notos ex auctoribus venaticae rei, ſed quis canes *comites* dixerit? Lego: *Hyrcanos inter quo canes agmenque ferarum*. Heinſ. *Hyrcanas* cum Baſil. mſ. amplectitur, ſcil. Nymphas. At illas quis tandem in Creta quaerat! 311 *non luna* ed. Lunt., corrupte. *manebat* malit Heinſ. 312 Verſus alibunde interpoſitus. 315 *ſopore* ſane friget. Niſi accipias vt in Nota factum. Heinſ. coni. *lepore*.

305. Alii Lunam tuo de nomine Dictynnam appellauere: id quod ponit taciteſ, Dictynnae nomen Britomarti fuiſſe inditum. Diuerſitas vtique narrationis in hoc fuit, quod alii Dictynnam interpretabantur Dianam, alii Dianae nympham. cf. ſup. ad v. 223.

310. *indigna*, intolerabilia, vt ſaepe alias. Argutatur h. l. Scaliger. Mox 312 *vox iſta* de amore Niſi, et 314 *viuendi cauſſa meae ſenectae*, mihi ſeni.

315 — 317. Saepe Scylla infante in ſinu dormiente, cum ipſa dolore animi victa vita ſe priuare vellet, mortem diſtuliſſe ſe ait, vt antea viro nuptam eam videret. *capta*, delectata: an, et ipſa ad ſonnum inuitata, ſed nequicquam?

Cum premeret natura, mori me velle negaui,
Vt tibi Corycio glomerarem flammea luto.
Quo nunc me (infelix) aut quae me numina seruan
An nescis, qua lege patris de vertice summo
Edita candentis praetexat purpura canos?
Quae tenui patriae spes sit suspensa capillo?
Si nescis, aliquam possum sperare salutem:
Inscia quandoquidem scelus es conata nefandum.
Sin est, quod metuo; per me, mea alumna, tuumq
Expertum multis miserae mihi rebus amorem,
Per me; et sacra precor per flumina Ilithyiae,

316 *Cum premeret mors dura* vel *Cum premerent iam fata* coni. Schrader. 317 *flamina* coni. Heins. 318 *fata reseruant* Helmst. *ad quae me n. s.* coni. vir doctus Misc. Obss. Vol. IV, p. 3 perperam; quis deus et quo, h. ad quae fata, seruat me? Hei *heu quae me.* At Io. Schrader. *Quo nunc te i. aut quae te n.* 320 *dita* ms. Basil., et *praetexit. Addita* Heins. et h. l. 321 *Quae t. spes.* Aldina est lectio. Scaliger malit: *Quam tenui p. s.* Hei *Quam tenuis* cum cod. Basil., sed is sensus alienus foret ab h. l. vett. edd. *Quae tenues*, vel *tenui, patrio pressit s. c.* Heins. quoq tentat: *Quanta tui patrio.* 324 *per me, mea.* Scaliger manu *te per mea a.* Saltem debebat scribere: *per te, mea a.*, ex more c testationum. Alius vir doctus in Misc. Obss. Vol. IV, 327 corrig *Per, te, meum, alumna, tuumque.* 326 *Per me et sacra precor flumina Ilithyiae.* Deficit nos in hoc versu antiqua manus. V edd. *Perdere saeua precor per flumina sacra Ilithyiae*, vel *Elythiae*, et cod. Basil. Mutatum primum in Aldina sec. *Per te sacra precor flumina Ilithyiae.* Etiam Iulius Sabinus similem deprauationem terpretatur: „timeo, ne caussa mea velis perdere tuum amorem „pert

quiequam? *cum premeret natura*, senectus moleste gravaret. De *flammeo*, veste seu velo ac tegmine, quo novae nuptae nubebantur, eoque flaui coloris, nota sunt omnia. *lutum*, herba, cujus succo inficiuntur vestes. v. ad Tibull. I, 8, 52. *Corycium*, a Coryco Ciliciae monte, croco, cui similis color est, celebrato. S *glomerare* mire dictum est p texere: adeoque proprie c ligere fila, quae pro flami texturae sint.

318. *infelix!* διὰ μέσου, Scaliger monuit, sine re mine; δαιμονίη. Quae nun na, et quo, nunc me s vant? Mox 320 *Edita*, na et 325 *Expertum* passiue.

334. *q*

Ne tantum in facinus tam molli mente sequaris.
Non ego te incepto, fieri quod non pote, conor
Flectere, amore, neque est cum dis contendere nostrum:
Sed patris incolumi potius te nubere regno,
Atque aliquos tamen esse velis tibi, alumna, Penates.
Hoc vnum, exitio docta atque experta, monebo.
Quod si non alia poteris ratione parentem
Flectere: (sed poteris; quid enim non vnica possis?)
Tunc

„pertum in multis rebus. Klathia (Elatia) civitas est cum fluvio „eiusdem nominis in Phocide celeberrima.„ Scaliger legit: *Per te sacra precor*; vt fit: *te pur s.* Hoc iam in Aldina expressum modo monui. Pergit corrigere Scaliger: *per lumina l., vel τὰν φωσφόρον*, vt Lithyia, Lucina, Diana, Luna, sit eadem dea, per cuius lumen mulier obtestatur. Altera eius coniectura dextrior: *Per te sacra precor, per per lucidam Lithyiae*, nova voce procusa. *Flumina l.* Taubmannus foedo acumine exponit. Ferrem saltem, si lavationem infantis serius natae commemorasset. Heins. varie tentat: *per flumina lustrifica*: quia ad lustrum sacra Cereris celebrata: vid. Periegetes, Auctarium et Priscianus: vel *per numina Itonea* aut aliud Palladis epithetum, vel *per te, sacra precor per flammea Cytherea*. Salmas. ad Solin. p. 111 C. *per sinum. Lethaea* emendat, a fluvio Cretae Lethaeo: quod praeferam caeteris hariolationibus. Sed totum omnium versuum augmentum esse scholastici, sententiam variantis, suspicor. Saltem *nec* edim *l.* legendum. 327 *Hic* vett. edd. ante Ald., et *tam molli*, *mentis* hoc praefert Scaliger, et recte puto; etiam Heins. e mss. Basil. ubi *tam mollis mente* et ipsum habet, quo defendas. *Per sequaris* praestat et *ferueris*: quod et Heinsio in mentem venit. 328. 329 *Non (per te incepto, fieri quod non pote, conor Flectere, amore*, scabrities et hiatibus inest. Non amorem, sed puellam, alloquitur anus; hanc non conatur flectere, deflectere, avertere, revocare ab incepto. An hoc: *Flectere amore; nec est cum dis c.*? Saltem distinguam — *conor Flectere (Amor! neque fit cum dis contendere nostrum)*. Sensit eadem mecum verborum molestiam vir doctus in Misc. Obss. Vol. IV, p. 327, qui, *amor*, accipiebat, pro mi amor! amata puella! quod alius vir doctus Latine fieri non posse monuit. Sed video nunc illud, quod annieceram, legi in ms. Basil. et iam extare in Ald. 1534, adeoque ante. 331 *Atque* emendabat Lipsius Epiphyll. VIII, 27. Tum alius vir doctus Misc. Obss. Vol. IV, p. 327 *velim* malebat; nec aliter sententia rite procedit: *Sed vellim te nubere incolumi patris regno, Atque aliquos tamen esse velis tibi Penates*, h. aliquos illum; non nullos. 332 *exitio* cani. vini docti Misc. Obss. ibidem; quod unice verum. Nam Carme ipsa exulabat a patria. 333 *non aliqua* vel *vlla* lo. Schrader. Emendatt. pag. 62.

334. *quid enim non vnica possis?* cum vnica sis filia.

 335. *pie*

Tunc potius tamen ipsa, pio cum iure licebit,
Cum facti caussam tempusque doloris habebis,
Tunc potius conata tua atque incepta referto.
Meque, deosque tibi comites, mea alumna, futuros
Polliceor: nihil est, quod texas ordine, longum.
His vbi sollicitos animi releuauerat aestus
Vocibus, et blanda pectus spe vicerat aegrum:
Paullatim tremebunda genis obducere vestem
Virginis, et placidam tenebris captare quietem,
Inuerso bibulum restinguens lumen oliuo,

Incipit,

335 *ista* vir doctus Misc. Obss. l. c. bene corrigebat. *tuo cum iure* legebat Loensis l. c. Heins. quoque: *Nunc potius* hic et 337, et *dum iure licebit*, *Dum f.* 336 *facti caussam*, scil. negatis tibi precibus. *fracti — doloris* bene Heins. vel *tanti*. 337 *incerta* ms. Basil. et vett. edd., etiam Aldd., at 1534 *incepta*. 339 *quod extat in o.* Ed. Ven. 1484, aliae: *quod texat in ordine*: sic et ms. Basil. Quod nunc legitur dedit Aldina. vid. Not. 340 *His vbi*, et, *releuauerit* vett. edd. *Hoc tibi — velauerat* ms. Basil. 341 *visserat* Ed. Ven. 1484. *vinxerat* Aldinae pr. et sec. *vicerat* Iunt. *luserat* Aldina tert. *spem clauserat* ms. Basil., quod eo alludit. *fouerat* coni. Doruill. et Io. Schrader. 343 *et placidam tenebris captare quietem*. Hoc facit puella, vt captet quietem, capiat somnum; at nunc anus puellam ori obducta veste ad somnum componit. An *aptare* hic latet? Sed *captare* esto: arcessere, parare, per tenebras, quas obducit, extincta lucerna, *oliuo inuerso*, vt obruatur oleo affuso ellychnium: proprie vas inuertitur. Ad superstitionem trahit rem Scaliger, nimis subtiliter. *placidam* coni. Heins. 344 *restringens* vett. edd. ante Aldinam et Ascens., ex more. *inuerso* esse ab inuergendo patet.

335. *pio cum iure licebit*, si parens negauerit nuptias cum Minoe ineundas. *tempus doloris*, cum tempus dolendi habebis iustum, adeoque erit, quod doleas, negatis a patre nuptiis. *referto*: iterum consilium hoc extremum resecandi capilli patrii reuoca, repete. 338. *Meque d.* Comparat Scaliger Graeca: *ὡς ἐμοῦ σὺν θεοῖς συλληψομένης σοι, οὕτω ποιοῦ.* 339. *nihil est*; non res est, quae non nisi longo tempore et multo apparatu perfici possit: sed res est breui tempore expedienda. Verum recte Iul. Sabinus in sententiam mutauit: nihil est longum, quod ipsa natura ordine texuit; et sic nunc interpunxi.

349 — 351.

Incipit, ad crebros insani pectoris ictus
Ferre manum, adsiduis mulcens praecordia palmis.
Noctem illam sic maesta super morientis alumnae
Frigidulos cubito subnixa pependit ocellos.
Postera lux vbi laeta diem mortalibus almum,
Et gelido veniens mani quatiebat ab Oeta;
Quem pauidae alternis fugitant optantque puellae:
Hesperum

345 Vinculum in his versu orationi deesse vnusquisque videat. Scaliger vett. edd. *Incipit et* habere ait et hinc refingit: *Incipit: et crebros insani pectoris ictus Ferre manu*: vt *ferre manu* sit sustinere, δόξαν ζωῆς. Non placet tamen. Malo distinguere: *Pallidaque ira rubunda — Incipit: ad crebros insani pectoris ictus Ferque manum, assiduis mulcens praecordia palmis.* Manu mammae imposita subsultus pectoris observat. 346 *mulcens* Pricaeus ad Apulei. pag. 221, peraperam. 347 *morientis*, defendi forte potest. Heins. tamen tentat varie: *vorantis, morentis, murcentis.* Mox *cubitis* ms. Basil. 349 Heins. coni. *lux elata, oblata*: saltem deb. *cuncta — Pag.* 350 *veniens mane* male vett. edd. cum ms. Basil. *Et gelida veniente mihi* Ald. *Egelido* esse legendum Scaliger monuit: vt sit verborum inuersa haec: *vbi postera lux laeta, veniens mane egelido ab Oeta quatiebat diem almum.* Tenue tamen et vix poeta dignum *Egelido mane* vel *mani*. Gronou. ad Sen. Here. fur. 132 *E pelago veniens summa q.* At Heins. *Egelida veniens tumida q.*, aut *Oceano v.* Io. Schrader. *Et gelido Eous veniens q.* Bene se habet sol veniens ab Oeta; de qua Oeta, et ortu ex ea vid. ad Ecl. VIII, 30, in Culic. 202. Heins. laudat Turneb. Adu. XXVIII, 21. Sen. Here. fur. (150. 133) et Silii *Vixdum diros dies fulmen lustrabat ab Oeta Herculei monimenta rogi* (lib. VI, 432). At *quatere diem* quomodo dictum sit, non satis capio. Si de Solis equis ageretur, it posset *cursu quatit*, vt Ge. III, 132, et Cul. 209. *Iam quatit — aequos Nox* et Auson. Ep. IV *Iam feruentes quatiebat Luna iuuencos.* Videtur dictum pro simplici, mouere, proferre: Qui negatari vult, etiam tremulum lumen significari dicat. Occurrit quoque Cul. 42 *quatiebat lumina Sol.* Malim tamen vel sic *diem — spargebat ab Oeta.* Quae sequuntur v. 351. 352 *ornamenta sunt*, in quibus poetae iudicium desidero: nisi luciniae sunt e margine assumtae. De Hespero acute dici poterat, et, si bene memini, dictum est a vetere poeta (est in Callimachus fragm. Ἕλλ. ἀπόδ. *Quadr.*, ἀστέρα δὲ τε πυρσήνασ, vt h. l. *Quem p.*: *Quem pauidae alternis fugiunt optantque puellae*: respectu sponsarum ad sponsum deducendarum: quo Catulli illud spectat: *Hesperе, qui coelo lucet eruditior ignis?* Hanc versum

349 — 351. An descriptio haec orientis diei cum iudicio ornata sit, v. Var. Lect. Solem *quatere lumina* dixerat auctor Culicis v. 42. Paullo ante *frigidulos ocellos* ex Catullo mutuatus est LXIII, 231.

359. Com-

Heſperium vitant, optant ardeſcere Solem:
Praeceptis paret virgo nutricis, et omnis
Vndique conquirit nubendi ſedula cauſſas.
Tentantur patriae ſubmiſſis vocibus aures,
Laudanturque bonae pacis bona; multus ineptae
Virginis inſolito ſermo nouus errat in ore.
Nunc tremere inſtantis belli certamina dicit,
Communemque timere deum; nunc regis amicos;
(Namque ipſo verita eſt orbari maeſta parente)

Cum?

verſum forte adſcripſerat aliquis, cum Oeta iniecisset recordationem hemiſtichii: *procedit Veſper ab Oeta*. Acceſſit alter verſus: *Heſperium vitant, optant ardeſcere ſolem*. *Heſperium* (fidus) pro Heſpero, *vitant* pro metuunt; *ardeſcere*, *f. tardeſcere*. Nam puellae metuunt veſperam ingruentem: non auroram. Heinſ. *Heſperum euitant, optant ardeſcere Eoum*. Alterum hoc idem iam coniecerat Bentlei. ad Callimachi fragm. laudatum; in quo Ἑωσφόρον φιλοῦσιν, ἀνὰ ἑσπέριον ἰδεῖν. Enimuero in Callimacho bene ſe hoc habet de iuuenibus ſeu ſponſis. At h. l. puellas, ſi in amplexibus ſponſorum habentur, quomodo putabimus optaſſe diem illucescentem? Eſt igitur alienum a loco totum hoc e Callimacho. 356. 357 *Et pacisque bonae bona* mſ. Baſil. *inepta Virginis inſolitae* vett. edd., etiam Aldd.; primus emendauit Pithoeus. Aliae edd. *inepte*. 359 *Communem deum*. v. Not. Laudat Heinſ. Eleg. ad Meſſalam *Communem bellī nec meminiſſe deum*. Ita tamen *belli* noſter omittere non debuit. Greep: *Aſſinem — deum* legit, Iouem ſcil. Cuius tamen reſpectu ita dici poſſit, non video. *amicis* vett. edd. et Aldd. cum mſ. Baſil. Forte fuit: *nunc regis amicis*. *Nunc ipſa verita eſt orbari maeſta parente*. *amicos* a Pithoeo proſectum: puto vitioſe ea illa timere dicit. 360 *Namque ipſo verita eſt orbari maeſta parente*. Miſeret aliquando eſt Scaligero: mihi videtur eſſe monachi ineptus luſus ex margine, vna cum ſequente verſu: *Cum Ioue communes qui quondam habuere nepotes*. Sugillabat, putabam, lepidum cantu Iouem, tamquam qui cum eorum filiabus conſueuiſſet: in eum communes cum Ioue nepotes ex filiabus ſuſcipere potuerat. Haec nisi ſatis probabilia eſſent, dicebam verſum alterum ſic eſſe refingendum et alteri ſubiiciendum: *Nunc tremere — Communemque — Cum Ioue — Namque ipſa verita eſt orbari maeſta parente*: vt

359. *Communem deum*: belli fortunam. Alias dicimus Martem communem. Laudat Taubm. illud Annibalis Liu. XXX, 30 *Cum tuas vires, tum vim fortunae Martemque belli communem propone animo*. Sed et inf. in Catalect. XI, 50 *Communem belli nec timuiſſe deum*. Conf. Burm. Anthol. Lat. Tom. I, pag. 299.

369 ſqq.

Cum Ioue communis qui quondam habuere nepotes;
Nunc etiam conficta dolo mendacia turpi
Inuenit, et diuum terret formidine ciuis;
Nunc alia ex aliis, nec desunt, omina quaerit:
Quin etiam castos ausa est corrumpere vates:
Vt, cum caesa pio cecidisset victima ferro,
Essent, qui generum Minoa auctoribus extis
Iungere, et ancipites suaderent tollere pugnas.
At nutrix patula conponens sulfura testa,
Narcissum, casiamque, herbas incendit olentis;
Terque nouena ligat triplici diuersa colore
Fila;

vt *verita est* fit pro *veretur*. Nisi v. 361 *Cum Ioue*, est infititius quidem, vix tamen a monacho procusus; sed alieno loco e margine insertus. Ita adscriptus esse potuit ex alio poeta ad v. 134 *patre atque auus idem Iupiter*. In Ald. 1517 *Namque ipsi verita est: orbum fiet moesta parentem:* nec aliter mss. Helmstad., nisi quod *orbum fit* magis corrupte legitur. Heins. inde refingebat: *Namque ipso verita est coram fari ista parente:* ingeniose. Putabat idem post hunc desiderari versum. Tam parum venerat in mentem, haec carmina esse interpolata sexcentis locis. 362 *confitta* Aldina eadem dedit. *consicta* edd. vett., suo more. *conserta* Ascens. *conserta* Loensis l. c. 364 *Nunc alia ex aliis, nec desunt omnia, quaerit* aliarum edd. est lectio, quae suas argutias habet. Sed ea, quae subiiciuntur, *omina* postulant, quae Aldina habet, et Scaliger reduxit. In fine versus *quaerunt* vett. edd., male, cum ms. Basil. 366. 367 Aldina lectio est, quam habemus. *Et cum causa — Vt sint, qui g. M.* vett. edd. cum ms. Basil. Mox *auctoribus extis*, vt Aen. X, 67 *fatis auctoribus*. 370 *herbas contundit olentis* ms. Basil., ex Ecl. II puto.

369 sqq. Locus, qui sequitur de magicis sacris, ab anu factis, antiquis receptior et frauior, quam nobis esse debuit; nec male tamen a poeta est tractatus, etsi aliorum poetarum exemplo, nec forte satis accommodate ad h. l., cum ad Nisi parentis animum flectendum et, vt filiae cum hoste Minoe nuptias probaret, impellendum vulere deberent. Vs. 370. *Narcissum, casiamque, herbas incendit olentes;* compositus ad illum Ecl. II, 11 *Allia serpillumque herbas contundit olentes*. Vs. 371 *Terque nouena ligat triplici diuersa colore Fila*. Nouem fila triplicis coloris nectit ter, seu nodo facto, seu inter se implicita. Sumtum ex Ecl. VIII, 73 *Terna tibi haec primum triplici diuersa colore Fila*

Fila; ter in gremium mecum, inquit, despue virgo,
Despue ter, virgo: numero deus inpare gaudet.
Inde Ioui geminat magno Stygialia sacra,
Sacra nec Idaeis senibus, nec cognita Graiis;
Pergit, Amyclaeo spargens altaria thallo,
Regis Iolciacis animum defigere votis.

Verum,

372 *circum inquit* vett. edd. ante Aldinam alt. cum ms. Basil. 374 In ant. edd. mire interpolatus erat versus: *Hinc magno generata Ioui frigidula sacra.* In Ald. alt. et hinc in aliis: *Inde Ioui geminat magno frigidula sacra.* Haec in *Stygialia sacra* mutauit Scaliger, feliciter vtique: vt sint magica: Aen. IV, 638 *Sacra Ioui Stygio quae rite incepta paraui:* atque haec emendatio in vulgarem lectionem transiit, seruata editionis Aldinae lectione in caeteris. Hoc ipsum tamen hemistichium aliter refinxerat Scaliger: *Hinc magico venerata Ioui St. sacra:* dura verborum iunctura, vt venerari sacra dicatur anus. Alterum tamen tollere et seruare malim *magico Ioui:* nam *magnus Iupiter* vix locum habet in his sacris. De sagarum nominibus reconditis, vt ipsiplices, auriplices, simulatrices, fictrices, veratrices vel potius veteratrices dicantur, docte ad hunc locum Scaliger agit. *geminat sacra*, instaurat, iterat. Editio vet. Leopardi apud Loensem l. c. legebat (ex correctione vtique viri docti) *Iunoni Stygiae facit inde Hecateia sacra.* Barth. Aduers. XXIII, 21 monstrum emendationis affert: *Hinc magico venerata Ioui Phrygia indole sacra.* Heins. tentabat *fert stridula sacra:* mox tamen ipse abiicit. Io. Schrader. coni. *Inde Ioui ingeminat magico Stygia edere sacra.* 375 Scaliger, omnes, inquit, antiquitus excusi: *Idaeis auibus*, quod vetus Editio apud Loensem, ex nostris antiquis edd. nulla praeterquam Norimberg. agnoscit: caeterae, etiam Aldina sec., *Idaeis senibus.* Multa inde molitur Scaliger, vt interpretetur aues has Idaeas; mox sauente Ald. tert. emendat: *Idaeis auibus;* vt ms. Helmst. quoque legit; ms. Basil. *auibus.* Nos a senibus non recedemus: erroris librarii caussa manifesta est. Quos autem *Idaeos* hos *senes* dicemus esse? Iul. Sabinus Idam Troadis vel Phrygiae, et hinc sacra Cybeles, infert; Taubmannus Cretenses interpretatur. Ita quomodo *Graeci* opponi possunt? Artes magicas modo inter Thessalos modo inter Colchos celebratas exhibent poetae: legamus itaque: *Sacra nec Aeaeis senibus nec cognita Graiis.* Aea et hinc Aeaea de Colchide frequens poetis; senes Graii de Thessalis. Nunc iusta comparatio. Heins. coni. *Aeaeis auibus* vel *Edonis*, tum *nec c. Threis.* At non de furore Bacchico, sed de sacris magicis hic agitur.

ala circumdo. Inde etiam vs. sq. repetit: *numero deus impare gaudet.* Tum 376. 377 *Amyclaeus thallus*, θαλλὸς, ramus, termes oliuae esse videri potest, quo aram aqua adspergit: nam Aen. VI, 230 in lustratione: *Spargens rore leui et ramo felicis oliuae.* Itaque oliuarum prouentum in Laconica

Ioue communis qui quondam habuere nepotes;
etiam conficta dolo mendacia turpi
it, et diuum terret formidine ciuis;
alia ex aliis, nec desunt, omina quaerit:
etiam caesos ausa est conrumpere vates: 365
cum caesa pio cecidisset victima ferro,
t, qui generum Minoa auctoribus extis
re, et ancipites suaderent tollere pugnas.
trix patula conponens sulfura testa,
ssum, casiamque, herbas incendit olentis; 370
re nouena ligat triplici diuersa colore
Fila;

a est fit pro *vereatur*. Nisi v. 361 *Cum Ioue*, est infititius quivix tamen a monacho procusus; sed alieno loco e margine inIta adscriptus esse potuit ex alio poeta ad v. 134 *patre atque Iuppiter*. In Ald. 1517 *Namque ipsi verita est: orbum fiet parentem:* nec aliter mss. Helmstad., nisi quod *orbum sit* magis e legitur. Heins. inde refingebat: *Namque ipso verita est cori ista parente*; ingeniose. Putabat idem post hunc desiderari . Tam parum venerat in mentem, haec carmina esse interexercentis locis. 362 *confitta* Aldina eadem dedit. *confecta* tt., suo more. *conferta* Ascens. *conserta* Loensis l. c. 364 *lia ex aliis, nec desunt omnia, quaerit* aliarum edd. est lectio, nas argutias habet. Sed ea, quae subiiciuntur, *omina* postquae Aldina habet, et Scaliger reduxit. In fine versus *quae*tt. edd., male, cum mss. Basil. 366. 367 Aldina lectio est, nabemus. *Et cum caesa — Vt sint, qui g. M.* vett. edd. cum fil. Mox *auctoribus extis*, vt Aen. X, 67 *fatis auctoribus*. 370 *herbas contundit olentis* mss. Basil., ex Ecl. II puto.

sqq. Locus, qui sequimagicis sacris, ab anu , antiquis acceptior et r, quam nobis esse denec male tamen a poetractatus, etsi aliorum um exemplo, nec for- accommodate ad h. l., d Nisi parentis animum dum et, vt filiae cum Minoe nuptias probapellendum videre de-

heant. Vs. 370. *Narcissum, casiamque, herbas incendit olentes*; compositus ad illum Ecl. II, 11 *Alsia serpillumque herbas contundit olentes*. Vs. 371 *Terque nouena ligat triplici diuersa colore Fila.* Nouem fila triplicis coloris nectit ter, seu nodo facto, seu inter se implicita. Sumtum ex Ecl. VIII, 73 *Terna tibi haec primum triplici diuersa colore Fila*

385 Gaudeat: et cineri patria eſt iucunda ſepulto.
Ergo metu capiti Scylla eſt inimica paterno.
Tum coma Sidonio florens ſuccidítur oſtro.
Tum capitur Megara, et diuum reſponſa probant
Tum ſuſpenſa nouo ritu de nauibus altis,

erat meliorem ſubſtituere. In Iuntina editur: *Quum longo quon* Ferrem, ſi daret codex: *Quum, longo quanquam captat* (*f. capit* *ſuccurrere amori, Non minus illa tamen — Gaudeat;* vt iunga *Quum gaudeat.* 384 *Non minus illa tamen reuehi, quod mo creſcant, Gaudeat:* foede corrupta. Pro *reuehi* in vett. edd., e Ald., *rauci*, et *creſcat* mſ. Baſil. et Helmſtad., adſcripto *cernat*. *creſcant* nomen Cretae latere facile aſſequare: Carme ad Gretam qua nata, ſaltem educata, erat, ſibi reditum dari non ſine ga agnoſcebat. Scaliger reſinxit: *Non minus illa tamen reuehi qu moenia Cretes Gaudet.* Sed dura ſunt *moenia Cretes.* Malim: *Non nus illa tamen reuehi ſe ad moenia Gnoſſi Gaudeat.* Heinſ. *reuehiqu moenia Cretae.* Io. Schrader. *moenia creſſa.* 385 *et cineri pat eſt iucunda ſepulto.* Vett. edd. *patriae et*, vel *cineris patriae eſt.* tus edit. apud Loenſem l. c. *Gaudere et cineris patriae laeta eſſe ſe ero*, quae interpolationem manifeſte produnt. Scaligeri correc ne ne ipſi quidem monachi veteres ſcabriorem proferre potuiſſ *Gaudet: at ei cinis eſt patriae iucunda ſepultae:* vt eſſet: huic pl ruina patriae ſuae. Vtrique cauſſa eſt, quod gaudeant: illi, q iterum in Cretam reuerti ſperat: huic vero, quod de caſu patriae ta ſit. Hoc vero Scylla non gaudebat. Itaque nec Heinſ. bene *cinis eſt patriae iucunda ſepultae.* Barthium ſenſum verum teno video, qui tamen legere maluit: *Gaudeat: et cineri patria eſt iu da ſepulcro*, h. anni illi iucundum eſt in patria ſua cineri ſuo inu re ſepulcrum. Sed veram lectionem inuenire in promtu eſt, e que mox in Aldina dudum vulgatam vidi: *et cineri patria eſt iucu ſepulto.* Ita et mſ. Helmſt. legebat. Etiam cineri ſepulto patria mus grata eſt. Si non vinere licet in patria, ſaltem, in ea hem vt contingat, in votis habemus. 386 *Ergo metu capiti Scyll inimica paterno.* Iterum inepti monachi acumen ex margine illat ſed valde obtuſum. *Metus* ſaltem diſertius erat exponendus. E thius non male emendat: *Ergo tum capiti.* Puto tamen interpo torem ſcripſiſſe: *Ergo iterum c.* Hoc idem Heinſ. coniicit. 387 tres verſus diuerſa narrationis capita ieiune ſatis per *Tum* iungun Saltem tertio: *At ſuſpenſa.* Omnino hic erat carminis locus, diſertiſſime tractari debebat. cf. Ouid. Met. VIII, 81 ſq. Pro *ſuccidi* vett. edd. ante Aldinam male *ſuccingitur*: in qua et *Tum*.

387 ſqq. Potiora narrationis capita tantum verbo attingit: vid. ad pr. carm.

389. Mira Minois crudelitas, quod puellam naui al gat; cf. v. 416. 417; non e iicitur, an in prora, vbi pa ſemum erat: in quo ſo faba

nare caeruleum trahitur Niseia virgo.
plures illam Nymphae mirantur in vndis;
tur pater Oceanus, et candida Tethys,
upidas secum rapiens Galatea sorores;
:tiam, iunctis magnum quae piscibus aequor
lauco bipedum curru metitur equorum,
cothee, paruusque dea cum matre Palaemon.
:tiam, alternas sortiti viuere luces,

Cara

190 *Niseia virgo.* Sic scribendum: non *Neseia:* cf. Heins. ad abini I, 33. 391 *illam.* Heins. coni. *Scyllam.* Mox male tum *Thetis.* 394 F. *Illam etiam*, scil. miratur. Sicque ms. *iunctis quae piscibus. pristibus* haud dubie Heinsius et hic laret. Et ecce in schedis emendat. 396 *Leucothoe* male am perpetuo librariorum lapsu in antiquioribus. Aldina et se- :s edd. *Leucothea* recte. conf. Munker. et Stayer. ad Hygin. f. 2, ue illi laudant. Vitium itaque in ed. Heins. et Burm. relictum i. 397 F. *Illam etiam.* Et sic iam Heins., moxque *et niueos.* is male vett. edd. ante Aldinam. Nota fabula de Dioscuris, summa

ie potest origo ac caussa . Tzetza ad Lycophr. κρεμασθῆσα τῆς πρώρας ἀνὰ νηὸς etc. In diuer- it Apollodor. III, 14, 8 τὴν κόρην τῆς πρύμνης ὀδῶν ἐκδήσας, ὑποβρύχιον e. Etiam alios fabu- ic exponere, notauit ;er. Propert. III, 17, 26 *t Cretea tracta puella ra-* bi cf. Intpp. Potuit et ubesse poetae, qui pri- finxit, animo, quod ob tantum facinus erat, cui tellus pon- e negetur, vt verbis is vtar. Alii poetae fa- aliter tractauere: Na- ctam in mare a Minoe, yllaeum Argolidis pro- montorium delatam mortuam acceperat Pausan. II, 34, p. 192. At dolore furentem, cum se a Minoe relinqui videret, in mare se praecipitasse, et puppi abeuntis navis inhaesisse narrat Ouid. Met. VIII, 142 sq., vbi similes querelas Scyllae comparent studiosi cum loco, qui sequitur, non male elaborato a poeta: et in quo ille cum Catullo LXIII, 130 sqq. certasse videtur.

391. *Complures illam Nymphae mirantur.* Frequentatum poetis phantasma: vt in Argonautarum historia. Proxime tamen Catullum respexisse videtur LXIII, 14. 15.

Cara Iouis soboles, magnum Iouis incrementum,
Tyndaridae niueos mirantur virginis artus.
Has adeo voces, atque haec lamenta per auras
Fluctibus in mediis questu voluebat inani,
Ad coelum infelix ardentia lumina tollens,
Lumina: nam teneras arcebant vincula palmas.
Supprimite o paullum turbati flamina venti,
Dum queror; et diuos, quamquam nil testibus illis
Profeci, extrema moriens tamen adloquor hora.
Vos ego, vos adeo, venti, testabor, et aurae,
Vos, matutina si qui de gente venitis,
Cernitis: Illa ego sum cognato sanguine vobis
Scylla; quod, ah, salua liceat te dicere Procne;
Illa ego sum Nisi pollentis filia quondam:
Certatim ex omni petiit quam Graecia regno,
Qua curuus terras amplectitur Helleſpontus;

Illa

summa arte tractata a Pindaro Nem. X. cf. supra Aen. VI, 121 *Si fratrem Pollux alterna morte redemit.* Per prolepſin Dioſcuros in hac aetate memorari et, quia nauigantibus adſunt, nunc memorari, facile intelligis. 398 Versus ex Eclog. IV, 49 ab alia manu illatus. 402. 403 Ex Aen. II, 405. 406. *lumina tollens.* Aldina *tendens.* 404 *turbato* Ed. Ven. 1484. *turbata* o Ald. pr. Iunt. et Norimb. Omnino que haec erat vetus et vera lectio. *turbati f.* Aldina. *turbati o f.* alia vetus editio Barthio laudata. *turbata flumina* ms. Helmſt. *Venti turbati* sunt simpl. turbidi, concitati. 405. 406 Ex Ecl. VIII, 19. 20. 408 *Vos matutina si qui de gente venitis*, vt aues sint, in quas cognatione iunctae Procne et Philomela fuerant mutatae: cf. supra 199 sqq. Ita legitur ex Scaligeri emendatione. Vulgata lectio erat: *Vos Numestheae* sic iam vett. edd., etiam Ald., at Ven. de Tortis cum aliis: *Vos o Mantina:* promtum est in *Mantinea* hoc mutare, quod et Scaliger arripuit, sed mox iterum dimisit. Sane Arcadum ea vrbs vt totum Peloponnesum designaret, satis esset insolens. Nec tamen altera Scaligeri lectio habet, in quo acquiescere possis. Doctius nomen latere, et quidem ſtirpis vel gentis Philomelae et Procnes, non dubito. Itaque refingo: *Vos, Pandionia si qui de gente venitis*, per aerem volantes occurritis. 409 *Spernitis?* coni. Green., *quo quod o salua* vett. edd., etiam Aldina. *salua liceat te dicere* iam eadem Aldina dedit: aliae edd. *licuit tibi.* Scaliger frustra restituit: *liceat mihi.* Versus insitivus.

ſum, Minos, ſacrato foedere coniunx
i: tamen haec, et ſi non adcipis, audis.
e tam magni tranabo gurgitis vndas?
ot aſſiduas pendebo ex ordine luces?
idem me alio poſſum contendere dignam
o: quod ſic patriam carosque Penates
s inmitique addixi ignara tyranno.
eſto. Haec, Minos, illos ſcelerata putaui,
Si

cylla ego ſum enſ. Baſil. *Minus* Leenſis l. c. 415 *tamen non accipis, audis.* Igitur *accipere* eſſe debet admittere, Sed vſu probatum, vt ſit auribus accipere, audire. Scaitiquis edd. reponit *audi:* tamen haec audi, quanquam tibent. Verum et hoc non minus ieiunum. Heinſ. *etſi non dis.* Totum verſum a mala manu inſertum arbitror, viverſui ſemel illato, vt *Illa ego ſum Minos* legeretur. Scripet fuerat: *Illa ego Minois ſacrato foedere coniunx Vinctaue tranabo gurgitis vndas?* 417 *Victa* vett. edd. ante Al- x more. *aſſidua* etiam Ven. Norimb. 418 Noli refinge- *uidem me non poſſum contendere dignam Supplicio:* Non poſndere, me non dignam eſſe ſupplicio; metui vero. Sen- n ſic inſtructa: Non equidem poſſum contendere, dignam pplicio, ſcil. quam hoc; immo vero, fateor, me dignam oc: ſed hoc ab iis, quos laeſeram, non a te, inferri mihi 419 *quod ſic* Aldina primum dedit. Aliae *quanquam*, ma- *quam quod.* Heinſ. *quia nam.* 420 *ingrata* vel *ignana* ſ. *gnara* emendat Scaliger. Sed et alterum habet lo- *ra* enim futuri, cum longe aliter acceptum iri a Minoe be- utaret. 421 *Verum eſto: Haec, Minos* iam emendatum Aldina. Aliae vett. *Verum eſt hoc* vel *Verum eſt haec* cum l. Io. Schrader. Emendatt. p. 63 *Verum iſthaec, Minos, illos ſcelerata putaui — Facturos.*

415. *Illa ego ſum, Mi- rato foedere coniux i.* Aut exciderunt at non ſatis praeſtru- ationem poeta. In- um ſcilicet eſt, de- lo Scyllam fidem a atrimonii iungendi . Ad pactionem ſunt *foedera* referen- 2. Caeterum cum ae querelis cf. eas, quas Ouid. Met. VIII, 108 ſqq. eius ore profert, vt intelligas, in hoc ingenii luſum, in noſtro poeta doloris acerbitatem ex naturae veritate.

421. *illos ſ. — Facturos, quorum.* Deos intelligit Scaliger; quid ni Megarenſes? Mox 431 *ſperaui* pro metui, putaui, vt ſaepe: cf. Aen. I, 543. IV, 419.

Si noſtra ante aliquis nudaſſet foedera caſus,
Facturos, quorum direptis moenibus vrbis,
O ego crudelis, flamma delubra petiui:
Te vero victore, prius vel ſidera curſus
Mutatura ſuos, quam te mihi talia captae
Facturum metui. Iam iam ſcelus omnia vincit.
Ten' ego plus patrio dilexi perdita regno?
Ten' egó? nec mirum, vultu decepta puella
Vt vidi, vt perii! vt me malus abſtulit error!
Non equidem ex iſto ſperaui corpore poſſe
Tale malum naſci: forma, vel ſidere fallor.
Non me deliciis commouit regia diues,
Coralio fragili, ac electro lacrimoſo;
Me non florentes aequali corpore Nymphae;
Non metus incenſam potuit retinere deorum.
Omnia vincit amor: quid enim non vinceret ille?

Non

423 *direptae m. vrbis* em. Heinſ. 426 *Maturata* ed. Fabric. 427 *Iamiam ſcelus omnia vincit.* Languet *re iamiam*. Sceleri epitheton addi poterat. Barthius interpretatione ſic iuuat ſententiam: *omnia*, etiam fidem datam. Forte, *quanquam ſc. o. vincit:* omnibus, quae a te mihi inferuntur, ſcelus meum maius eſt. Heinſ. refingit: *Iamiam ſcelera omnia vincis*, vel *quanquam ſcelera omnia vici.* 429 *nec mirum.* Heinſ. f. *nimirum.* 430 Ex Ecl. VIII, 41 temere, vt puto, huc illatus. 432 *forma, vel ſidere fallor:* vel ſpecie vel facto. Putida oratio: forte *forma, proh ſidera! fallor.* In Miſc. Obſſ. Vol. IV, p. 330 virum doctum tentaſſe video: *formae vel ſidere falli:* vt *formae ſidus* forma ſiderea ſit. Mſ. Helmſt. *forma vel ſidera falle.* 434 *Coralio fragili ac electro lacrimoſo:* ita refinxit verſum Scaliger, (nec indocte, modo *atque* maluiſſet), cum in Aldina eſſet *et*. Nec aliter mſ. Helmſt. cf. Aen. VIII, 402. Vulgg. *et lacrimoſo mouit electro*, ex interpolatione, et tamen cum vitio verſus. Nec aliter mſ. Baſil. In Plaſtin. et *aliis* verſus ſic conſtitutus eſt: *Non me — diues, Diues coralio fragili et lacrimoſo electro.* Loenſis ſic refingebat: *C. et fragili mul monuit lacrimoſa electro.* conf. Voſſ. de Analogia III, 36. 435 *Non me ſi.* melius vet. edit. apud Loenſem. 437 *Omnia vincit amor.*

433. *Non me commouit:* vt abſterrerer a prodenda patria. Loquitur enim de Niſi patris regia, et de bonis, quibus illa adhuc vſa erat. 435. *aequali corpore*, aetate, aequales, ὁμήλικες κόραι, vt Scaliger illuſtrat.

438—440.

ihi iam pingui ſudabunt tempora myrrha,
ba nec caſtos adcendet pinus odores,
ibys Aſſyrio ſternetur lectulus oſtro;
i queror; nec et illa quidem communis alumna
bus iniecta tellus tumulabit arena.

Mene

Sic ſup. Eclog. X, 69. Hic vero dandum erat: *Omnia vicit* t hoc ipſum e mſ. Helmſt. notatum video. Procedit enim i ſic: Nihil abduxit ac deterruit me a ſcelere: non paterna delicijs et puellis comitibus affluens, non deorum metus. *mihi iam* mſ. Baſil. vett. edd. et ipſa Aldina, melius quam *dabunt*. Sane Ge. II, 118 *Quid, tibi odorato referam ſudantia fumaque et b.* et alibi: ſed alio ſenſu. In ſimili loco cum Tiſtro (lib. III, 4, 28) praeferam *ſtillare: nec mihi iam pingui tempora myrrha.* 439 *ſpinus* Leopardus malebat apud i Epiphyll. VIII, 27, f. inani acumine. *odores* iam Ven. 1484. et aliae; at Aldina protulit *honores*, quod et Heinſ. praeihil vulgatius hac varietate in libb. conſ. Burmann. Anthol.

Elegans autem verſus de taedis, quae nouae nuptae praeferebantur. 440 *Non Libys* Aldd. cum mſ. Baſil. 441 *Vana quer* Heinſ. *nec et illa quidem* inde ab Aldina legitur. Anti. *nec vt illa quidem*. Excidit puto *ne*; *magna queror: ne nidem communis — tumulabit*, h. e. quod vero maximum eſt, ueri poſſim: me ne tellus quidem tumulabit, *illa communis umnibus*; aut ita legendum cum Scaligero, aut *nec me illa ommunis alumnam tellus tumulabit*; quod malim, quodque ioque amplectitur, et ad Gronou. ad Tacit. ablegat; nonm idonea auctoritas vlla allata eſt, qua *alumnus* actiue pro nutritore dictum eſſe conſtet. Longa eſt ea de re diſputatio Gesner. Quod omnium codicum auctoritas in h. l. *alumna* itur, perperam pronuntiant viri docti. Quot enim habeices Ciris? Male etiam Barth. prouocat ad ſup. vſ. 278 *mihi pectus alumnae*. Eſt enim: *mihi alumnae*. In Baſil. mſ. *e vt illa quidem*. Vnde Heinſ. tentat: *mene* (volebat *me ne*) *illa quidem — alumnam*.

— 440. Ad nuptialennia referendum, ſe nunc priuatam ritur ſponſa; peruntaedae lucent: purtorus ſternitur: h. e. purpurea in citrino Nam *Libys*, Libycus, vt *Libycum pectus* ſup. burneum vel lotinum reum. Ante oculos autem habuit poeta Catull. LXIII, 43. 48. 49.

442. Comparat Scaliger Catull. Epithal. Thetid. 158 *neque iniecta tumulabor morta terra*: et cum ſeqq. verſſ. ibidem verſus 158 ſqq. Scilicet cum ſe etiam tumulo priuari dixiſſet, addit Scylla, debuiſſe ſaltem tanquam captiuam in Cretam abduci et

Mene inter comites, ancillarumque catervas
Mene alias inter, famularum munere fungi,
Coniugis atque tuae, quaecumque erit illa, beatae
Non licuit grauidos penso deuoluere fusos?
At belli saltem captiuam lege necasses.
Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires,
Et caput inflexa lentum ceruice recumbit;
Marmorea adductisque labascunt brachia nodis.
Aequoreae pestes, immania corpora Ponti,
Vndique conueniunt, et glauco in gurgite circum
Verbere

443 *inter comites.* Sic vett. quoque edd. *At* Ald. et inde Veneta de Tortis: *inter matres*, minus tamen accommodate. *inter matres ancillarique matrinas* mſ. Helmſt. 444 *Maenalias* vett. edd. et codd., etiam Basil. conſtanter, vt etiam Scaliger eo deuenerit, vt ita legendum putaret: nam et Arcadiam, inquit, et reliquam Peloponneſum bello vicerat. Hoc vnde habeat, neſcio: illud tamen video, fraudem feciſſe obſcuriorem ductum librarii *Nenalias* pro *Men' alias*: quod recte inde ab Ald. ſec. legitur, modo interpungatur, vt fecimus. Poeta tamen bono digmora ſuggerit Heinſius: *Meis' vilis inter*, vel *Mene colus inter*. Porro: *famulari* vel *famulatus munere*. 445 *quaecumque erit illa beata* edd. vett. ante Aldinam. Sicque Iulius Sabinus legerat, idque praeferam, cum Heinſio. 448 *fesso de corpore* haud dubie: e Catullo l. c. 189 *Nec prius a fesso fecedent corpore vires.* Et ſic quoque Io. Schrader. Emendatt. p. 64. 449. 450 Poteſt et interpungi: *Et caput — ſeruice recumbit Marmorea:* vt Scaliger mauult. Quod autem ſequitur: *adductis labaſcunt brachia nodis*, in verſus legem peccabat: itaque inſerui *que*, quod iam Scaliger facere monuerat, et iam factum video in ed. Iunt. At Ald. et aliae vett. edd. *labeſcunt*: hoc metro caueret, a *labor*; ſed auctoritate deſtitmitur. In Miſc. Obſſ. Vol. IV, pag. 330 vir doctus cum Heinſio emendabat *lineſcunt*, eleganter: neſcio tamen an vere, et ex pectus mente. Nam de deficiente puella ſermo eſt. Praeſtat *tabeſcunt* cum Io. Schradero legere. 451 *Arquòreae peſtes.* Ita ſtatim priſcae edd. exhibuere: et ex iis reponi iuſſit Scaliger. *Aequoris piſtes* Aldina intulit interpretamentum. In promtu eſt videre neutrum verum eſſe, ſed eſſe legendum: *Aequoreae priſtes*, belluae marinae, vt toties alibi. Sicque Heinſ., et, *immania corpora Phocae.*

in ſeruitio coniugis Minois haberi. Mene non licuit famularum munere fungi? et fuſos penſo grauidos coniugis tuae deuoluere? Imago ſeruitutis poetis frequentata: et Catullo eodem loco in Ariadnes querelis 160 ſqq. cf. Mitſcherl. Lectiones in Catull. pag. 107.

455. Sit

re caudarum atque oris minitantur hiatu.
ndem casus hominum, iam respice, Minos.
is hoc, tantum solam vidisse malorum:
ato fuerit nobis haec debita pestis,
asu incepto, merita vel denique culpa.
a nam potius, quam te laesisse, putabo.
bitur interea reuoluta ab litore classis,
a repentino sinuantur lintea Coro,
tur in viridi remus sale, languida fessae
is in cursu moritur querimonia longo.
it angustis inclusum faucibus Isthmon,
lidae magni florentia regna Corinthi.

Praeterit

Verbera caudarum vett. edd., etiam Aldina, cum ms. Basil.; *atum* vel *hiatus* pariter debebant exhibere. 455 *Sit satis*, bene. Idem *subiisse malorum*. Ego vero haereo in *solam*, sententia ad meum sensum ieiuna; si optat sibi soli hoc re. An non magis consentaneum, vt illa liberari vinculis satis esse putet, si experta sit adspectum ac minas misera- eritus? An f. *Sit satis o tantum miseram vidisse malorum!* dubito *casu incerto* esse cum Scaligero legendum. Sic saepe *casus* iunguntur. Adstipulatur Heins. 459 *resoluta* leg, nsio et Io. Schradero Emendatt. p. 649. 460 *lintea*. *litto-* ms. Iunt., male. 462 *incursu* Heins. legit; quod non ca- ox dicitur haerere, questus mori in cursu verborum. 464 *magni florentia regna Corinthi*. Neminem in versu hoc haere o habet tamen quod offendat. Cypselum Bacchidis deiec- thi tyrannidem occupasse, Ol. XXX, 2, nota res est. Suc- cessit

Sit satis me vnam n puellarum tantam m experiri, h. nun- aliam esse expertam mala. 458. Non m magni ac generosi sensum redhibet hic : Iniuriae culpam, etsi digne ab amante ha- tamen deprecatur et ab modus aliud transfert: omnia potius laesisse me, caussam, cur infelix sim, fuisse, quam te laesisse me, h. tua fraude et scelere hoc factum. Aliter Ariadne Catulli LXIII, 188 sqq., quae diras Theseo imprecatur. Mox v. 462 elegans descriptio vocis deficientis cum viribus.

463. Nauigationis narratio laude sua non caret. Ex sinu Megarico inter ἄκρας, Minoam et Nisaeam, in altum euectus

465 Praeterit abruptas Scironis protinus arcis,
Infeſtumque ſuis dirae teſtudinis exit

Spelae

ceſſit ei Periander, cuius filio Pſammetichо mortuo libertatem
pere Corinthii. Quaeri iam poteſt, quis ex his ſit *magnus Cypſeli*
Periander, arbitror, qui et inter ſeptem Graeciae ſapientes hab
eſt. Vixit ille quidem multo poſt Minoem tempore; ſed poeta
narrat, non Minos. De Corintho, quem nonnulli vrbis auct
ediderunt, ſeu Iouis ſeu Marathonis filio (vid. Pauſan. II, 1), ag
nequit. Non enim vrbem appellare potuit *Cypſelidae et magni fl*
tia regna Corinthi. Inter haec impedita eſt oratio, niſi legas: C
lidae et magni ſtarentia regna, Corinthum. 465 *abruptas* [fo
arces coni. Io. Schrader. 466 *Infeſtumque ſuis dirae Teſtudinis*
Spelaeum. Locus a Scaligero et Barthio emendatus, ſed perpe
Fuit enim fabula de teſtudine adnatante, quoties a Scirone prae
tarentur hoſpites, eorumque corpora deuorante: vid. Pauſan. I
Diodor. IV, 59. cf. Schol. Eurip. ad Hippol. 979, qui Callimac
Scironis, forte cum ipſa teſtudine, meminiſſe ait. Scironis in
ſitas, et *Petrae Sironides* in Megarenſium finibus, res ſunt pe
gatae; vide vel Plutarch. Theſ. p. 4, aut Ouid. in Metam. VII,
Eae petrae ſunt h. l. *abruptae Scironis arces*, quibus ſubiacet *ſ*
χελώνες, et eaedem *multo cruentae hoſpiti cautes* vſ. ſequ. Sp
hoc Teſtudinis, vt Dioctor, l. c. indicare videtur, ipſum quoque
lones nomine tandem veniſſe debet, nam praecipitati hoſpite
τὸ τὴν ὀνομαζομένην Χελώνην. *Infeſtum ſuis*, ex perſona Scyllae
piendum; h. Megarenſibus, ciuibus ſuis. Noluit itaque poeta
re quod commodius videri poterat: *Infeſtum et miſeris dirae*.
ro Ven. de Tortis *dirae teſtudinis*, operarum puto vitio. Scalige
Crommyonia ſue cogitabat, et refingebat: *Infeſtumque ſuis dirae*
ſaltis exit Spelaeum. Barthius autem: *Infeſtumque ſiluis dirae*
tamen ipſe deſeruit in Commeht. ad Claudian. p. 1160, vbi ſilice
fingit: *Infeſtumque ſuis, dirae et teſtudines*. At Heinſius iterum
tetraxit, ſed alium in habituri refingens: *Infeſtumque ſuis* [illegible]
laeum. Nam Sinis antrum in Isthmo. „Statius Theb. VII,
„*Mors trepidis ignara venit, dubitantque timori Proſſerre infeſſos*
„*impulerintque ingales*. Ita vetuſtus codex, non *inſertos*, vt vul
„lib. XII, 235. *Per ſaxatos ſecura vadi ſomnosque ferarum Fertur et*
„*rendis inſiſſa cubilia monſtris*. Sic totus ille locus caſtigandus:
„*cura vadi* reſcripſimus, quod in Teſtis pleriſque *vadie* leg
„Vulgo *ſecura ruit*. Pro *praeter*, ſuae vtin ſcriptis compla
„*Praeterit* vel *Perrupit*. *Inſiſſa* denique *cubilia*, non *inſerta*, A
„non vnus a me inſpectus. Eod. lib. XII, 540 *Paullum et ab i*
„*moeſtae Pelopeides arte* etc. Feſtus: *Inſeſſores, latrones qui circ*
„*inſidiantur ſedentes*. Recte haec; ſed quid fiet nunc verbis
teſtudinis? eruit adeo de ipſa antri teſtudine mutuamera
accipienda.

ſuccessu a dextra Isthmum et
Corinthum et propiore loco
Scironides petras habet. Vl-
terius progressus Athenas

Sagittas
quas nocturnae [illegible]
faciunt impolitis
Ouidii Metamorph. e

m, multoque cruentas hospite cautes.
adeo tutum longe Piraeea cernit,
s secum, heu frustra, respectat Athenas.
cul e fluctu Minoia respicit arua,
isque videt iam Cycladas, hinc Strophadasque;
Hinc

Male excusum in Heins. et Burm. *Pireeia*. Quis nescit esse Et *Piraeea* iam Aldina et aliae vett. edd. At Iunt. cum *Pyrreum*. *tutum* bene Scaliger ὀχυρὸν, ἐρυμνὸν, interpre- Heins. tamen tentat: *tuta heu longe Pireia*, prouocans ad Theb. 626. Respexit puto v. 616 *et trepidis stabilem Pi- tis*; quae ipsa emendationem infringunt. 469 *secum*: *saepe*, vt et Heins., qui etiam *ecce* coni. 470 *Iam procul* *noia respicit arua*. Vide, quam faciles et liberales interdum. Cretam interpretantur *Minoia arua*. At eam quomodo nunc potuit Scylla? Ferrem, si *Nisaia* essent *arua*. Sed lo prospicit; aut corrigamus potius *prospicit*: Athenis re- vltra pergit, aliquot, puto, dierum cursum emetiri debet, Cretam prospiciat. Potuisset tamen poeta haud dubie, cere, modo non additum esset: *Florentesque videt iam Cycla- Strophadasque, Hinc sinus, hinc statio contra patet Hermionea*, ut adhuc de nauigatione, quae in Sinu Saronico fit: inde, m vix aliquis prospiciat. Itaque aut versum ex seqq. forte retractum et perperam h. l. insertum, aut a mala manu, vt, superiorem versum, in margine appictum, aut *Minoia arua* esse necesse est; etsi varietas nulla occurrit, nisi quod ms. *tum procul et fluctus alia minus adspicit arua*; et, *effluxus* ms. rospici in eo sinu poterat naui inde a Megaris vltra Athenas ante omnes alias terras Aegina et Salamis insulae, haec tro, illa ex aduerso posita. Dicas adeo potuisse scribi: *Iam ctu Salaminia prospicit arua*, aut: *a fluctu Aeacideia prospi-* Prius ad litterarum ductum propius accedit, sed ad naui- progressum minus est accommodatum; malimque adeo Ar- tus respici putare: quod pluribus modis declarari potuisset: *ieia prospicit arua*, h. Troezenem. Vnum adhuc est, quo *rua* tueri aliquis possit, vt ad Minoam insulam, ante por- arorum Nisaeam positam, referat. conf. Strab. IX, 600 B. *Cycladas, hinc Strophadasque*. Scaliger hinc

II pr. 469 *secum* h. respiciendo apud suum cogitat. Bar- n comparauit ex Ge- le cornice: *et sola in* *spatiatur arena*, et diano Epith. Pall. 47 *dio secum modularis in* *aestu*? Scaliger *notas secum* per archaismum dictum vo- lebat pro *sibi*. Elegans autem *rò respectat*, vt et alibi *respi- cere*, *aspectare*, vt Ge. III, 228. De reliquis vid. Var. Lect. 471. *Florentes Cycla- das*, propter siluas longe con-

 spicuas

Hinc ſinus, hinc ſtatio contra patet Hermionen.
Linquitur ante alias longe gratiſſima Delos
Nereidum matri et Neptuno Aegaeo.
Proſpicit incinctam ſpumanti litore Cythnon,
Marmoreamque Paron, viridemque adlapſa Donuſa
Aeginamq

hinc Cycladas hinc Strophadasque. Syllabam mota et oteſura prod
tam ſexcentiés interpolarunt grammatici. Sed in Aldina ſec. et t
et hinc in Veneta de Tortis mira eſt lectio: *Cycladas: hinc Venus*
hinc ſinus: eandem mſ. Helmſt. habebat, nec aliter legerat Lul.
bihus, qui de Cytheris inſula interpretatur: nimis remota ab his p
gis. An et hic inſulae nomen latet? Inter haec mirum eſt praeter
ſe cum alios tum me ipſum *Strophades*, quae in Ionio mari ſitae
ter Cycladas nec poni nec nunc proſpici poterant. Cogitauit de
acutiſſimus Io. Schrader. Emendatr. pag. 66, idemque emendat
Sporadasque? vti Aen. III, 125. *Sparſusque per aequor Cycladas.* Le
tur quoque illud iam in edd. Baſil. Inuerſa pro ſenſu meo cont
dam quouis pignore, duo hos verſus 470. 471 *Lato proiicit — Flor*
iosque, a mala manu venisse. 472 *Hinc ſinus, hinc ſtatio con*
patet Hermionen. Suſtuli ſecutus Heinſ. et Burm. editionum vitio
Hermionam. Vett. edd. *Hermiones.* At Ald. 1518 *Hermionida.* He
centat *ſinus ſtatio — Hermionaei:* non bene. Sinum Saronic
euectis et Cycladas petentibus ab altera parte ille ipſe ſinus, a d
tra litus Argolicum, in eoque Hermione proſpicitur: Ἑρμιόνη
poetis Ἑρμίονες, ſcil. χώρα, πόλις. vid. Paulan. II, 34, p. 191. St
bo VIII, p. 573 A. Inter frogm. Callimachi: Εἰς Ἄυλιν· Ἀλλ' ἐπὶ
καὶ ὄμπνιον Ἑρμιονῆα. Eſt quidem et in hoc ipſo litore ſinus H
nionius, quem tamen non puto a poeta ſignificari, cum *contra*
dat: *Hinc ſinus, hinc contra.* Vicissim equidem de *ſinu* dubito
ſuſpicor fuiſſe ſcriptum: *Sinuon hinc, ſtatio contra patet Hermion*
473. 474 Verſus adumbrati ex Aen. III, 73. 74, vbi vide. 475 *C*
thnum vett. edd. *Cleruum* Iul. Sabinus. *ſpumanti gurgite* Io. Schr
der. conl., et *Proſpicit hinc cinctam.* 476 *viridemque adlapſa Do*
nam. Scriptum ſimili more erat Aen. III, 125, nec extat auctor ſi
grauis, vnde tuto ſcriptura conſtitui poſſet. Nunc tamen non m

ſpicuas naugantibus. Sic dixit Met. VII, 464, loco, q
Ouidius inter Cycladas *flo-* eum ante oculos habuiſſe
rentem Cythnon Met. VII, 464, ſuſpicor. *viridemque Donuſ*
et noſter poeta paullo poſt *vi-* nam Aen. III, 125 videm
ridem Donuſam dixit: quod Interea laboris huius taedi
etiam Aen. III, 125 memora- leuare liceat alia obſeruat
verat, etſi ibi Serv. ad mar- ne. In loco Aen. III,
mor viride reſpici ait. 476. Aeneas a Delo euectus
Marmoreamque Paron, a marmo- faciens per Cycladas reli
rum fodinis, etiam Ouidius. quit Naxum, Donuſam, Ol
ron e

mque simul, sementiferamque Seriphum. 477

Fertur,

m, quin librorum in Aeneide et apud Plin. Tacitumque
: *Donusa* pro vero nomine habeam. Nam, si a Dionyso duo-
, *Διονυσία* esse debebat: quo etiam inflexum illud videas
ph. Byz. in *Δονουσία* (apud Eustath. ad Dionys. Perieg. 530
rupte legitur: exscripsit autem ille Stephanum) vt sit pro
quod ineptum est; sed et ipsum argumento esse potest, ve-
en *Δονοῦσα* fuisse *ἀπὸ τοῦ δονεῖν*, propter terrae forte motus,
i coniicit ad Melam II, 7, 104. Apud Melam tamen con-
librorum lectionem, *Dionysia*, retinendam arbitror; potuit
er tot alias obscuriores Sporadas etiam Dionysia esse, vt
e alterius nomen in alterum transiret. 477 *Aeginamque*
entiferamque Seriphum. Cum Seriphus a Strabone lib. X,
, petrosa fuisse prodatur; Scaliger *serpentiferam* emendat,
Simpliciter ita poeta insulam asperam et saxosam bene
potuit. Sed Scaliger hoc respectu fabulae factum vult. Sa-
cum Medusae capite ad hanc insulam accessus, conuersis in
lis, celebratissima est fabula (vid. vel Pindar. Pyth. XII);
de anguibus Medusae in hac insula enatis nihil narratum
s. Potest vero insula esse saxosa, et tamen habere agrum
adeoque *sementifera* dici. Accedit, quod Ouidius Met. VII,
am Seriphon dicit, quae lectio nullo modo est sollicitanda.
nim diuersa ratione et respectu eiusdem rei diuersa esse pos-
eta? Iul. Sabinus in suo libro *amomiferamque* Seriphum
detur, explicat enim amomum h. l., nisi ad v. 512 detur-
nota. Ms. Helmst. *salutiferamque Seriphum* legit: quod quo
on assequor. Sed in priore parte versus interpretes non
niror. Ab Aegina longissime aberat Minois nauis, cum
Seriphum

Hoc loco prospi-
a Cythnum, Paron,
a. Situs adeo huius
x his ipsis aliqua ra-
timari potest; quan-
m accuratior ratio
petit. Corruptelam
n Stephano Byz. in
(quam antiquam sa-
Eustathii alter ille lo-
Perieg. 530 declarat)
ec arguunt: *Δονουσία*,
ρα Ῥόδου. Enimuero
nge ab ea abesse de-
i Maro non turpiter
dicendus est. Sin
eam paruisse dicere
volebat, *νῆσος τῶν Ῥοδίων* dic-
turus fuisset; et quorsum hoc
potissimum notandum venie-
bat in hac insula? Immo *νῆ-
σος μικρὰ Σποράδων*, vel, vt
alias amat Stephanus (v. c.
in *Γύαρος*), *νῆσος, μία τῶν
Σποράδων*. Quod ibid. sub-
iicitur, in eam insulam a Bac-
cho ex Naxo Ariadnen tra-
ductam, viciniam non minus
arguit. Plinius IV, s. 23
Donusam inter Telon et Path-
mon memorat, etsi ibi *acer-
vatim ponere* se Sporades ait.
A Cellario alieno loco, infra
Icariam, collocata est Donusa.

479. 480.

Fertur, et incertis iactatur ad omnia ventis:
Cymba velut, magnas sequitur cum paruula classis,
480 Afer et hiberno bacchatur in aequore turbo.
Donec tale decus formae vexauit, et aegros
Non

Seriphum iam in oculis haberet. Haud dubie verius insulae nomen sub corruptela latet; sed et vox, *simul*, quae sequitur, otiosa et inutilis. Puto poetam scripsisse: *Et Diam et Siphnon*, *s.* Dia, Naxos, in proximo esse debuit. Gyaros nimis remota est, quam vt ea in Aegina latere possit: etsi eo alluderet Ouid. Met. V, 250, vbi Minerua Thebas petitura *Seriphum deserit, a dextra Cythno Gyaroque relictis.* Alia est insula, obscurior illa quidem, propiore tamen lectionis vestigio: *Aegila* vel *Aegilia* inter Cretam et Peloponnesum auctore Stephano in Αἰγιλία: quod enim ibi legitur Αἰγιάλεια, iam emendatum est a viris doctis Αἰγίλεια, seu, quod malim, Αἰγιλία, nam dicitur sic Αἴγιλος, seu potius Αἴγιλα. Et sic quoque Dionys. Perieg. 499 Αἴγιλά τ' ἠδὲ Κύθηρα. Male enim Αἴγυλα ibi scribitur. Etiam Mela II, 7, 90 *At interius* (in alto Aegaei maris) *Melos, Olearos, Aegilia*, vbi cf. Vossius, qui nunc *Serigottum* seu Cytheram minorem vocari docet. Plin. IV, f. 19 *Aegila* (hanc scripturam e libb. tuetur Harduin.) *autem XV m. p. a Cythera, eademque a Cretae Phalasurna oppido XXV M. P.* Succurrebat ab initio haec *Aegilia* substituenda Aeginae; mox etiam vidi *Aegylam* (inuito metro, vt e Dionysio intelligitur) pro vera lectione h. l. venditari a Luca Holstenio ad Steph. Byz. pag. 102. Sed, hanc a locorum situ penitus esse alienam, facile sui quemque oculi possunt docere: nec facile ea cum Paro ac Seripho iungi potuit. Recitatur tandem alia a Plinio post Euboeam lib. IV, f. 22 *Extra eam in Myrtoo multae* (insulae), *sed maxime illustres Glauconnesos et Aegiliae: et a promontorio Geraesto — Cyclades.* Atque de hac Herodotus accipiendus erat, non de illa, lib. VI, 107, vbi insulam Styreorum Αἰγίλειαν memorat, in quam Eretrienses mancipia deduxerant. Styra Euboeae fuisse satis vel ex Iliad. β, 539 constat. Huius Aegiliae situm etsi pro certo definire non ausim (inter Atticam et Euboeam collocatam eam video a Doruillio), tamen ille nimium recedit ab his Cycladibus, inter quas nunc nauigatio apud poetam nostrum fit. 478 *ad omnia*: otiosum versus fulcrum: cui similia vidimus in Culice et Ciri alia. Poterat succurri per epitheton: *peudula.* 480 *Afer* vt em. Heins. 481 *Donec tale decus formae vexauit, et aegros Non tulit, et.* Sensu haec carent. Latere in *vexauit* et antiquum *vexarlir*

479. 480. Comparatur alligata naui Scylla cum minore nauigio naui alligato. Vt fit: velut cymba paruula, cum sequitur magnas classes, et cum turbo Afer bacchatur in aequore; h. dum interea Africus procellas mouet. Eandem comparationem Statius I Silu. 4, 120 sqq. adhibuit: vt iam alii notarunt. Paullo ante v. 474 *ad omnia* debet esse ad omnem motum, impulsum, venti.

484. 485. 486.

Non tulit, et miseros mutauit virginis artus,
Caeruleo pollens coniunx Neptunia regno.
Sed tamen externam squamis vestire puellam,
Infidosque inter teneram conmittere piscis
Non statuit. Nimium est auidum pecus Amphitrites.
Aereis potius sublimem sustulit alis,
Esset vt in terris facti de nomine Ciris,

Ciris

vexarier in promtu est animaduertere, multo magis si audias *vexauerit* vett. edd. ante Ald. exhibere: porro eaedem *aegram* et *ac misero*. Scaliger refinxit: *Donec tale decus formae vexauit, et aegram Non tulit*: nullo ad sensum fructu. Melius Barthius: *Donec, tale decus formae, vexarier aegram Non tulit et*: vt sint apposita: *aegram, tale decus formae*. Sane nec sic scabritie versus caret: ferri tamen potest, multo forte magis, si *tale decus formae*, per exclamationem et in medio posita accipias. Nam et supra mirati sunt dii marini puellae formam vss. 391 sqq., vt sit scribendum: *Donec (tale decus formae!) vexarier aegram Non tulit et*. Nisi ipsa Amphitrite *aegra Non tulit*. Cum haec satis probabiliter videri possint dicta: ecce visum obiicitur novum et dignum coniectore apud Iul. Sabinum, vbi Seriphon et Dionysum memorauit, porro legitur „Aegos pro Aegaeo mari ponitur, „quod etiam Valer. Flaccus vsurpauit: *Et quanto fremitu se sustulit „Aegos!*„ Nota haec vix alio, quam ad hunc versum spectare potest, legitque adeo in suo libro Sabinus pro *aegros*, *aegos*, quod pro Aegaeo mari dictum vult. Hoc quidem perperam. Nam Aegaeum mare mythice non per Aegon, sed per gigantem Aegaeonem repraesentatur: sed idem *Aegaeon* etiam *Aegan* effertur, Αἰγάων, Αἰγάων, Αἰγάν, vt Titan ex Titaeon, a Titaea, matre. Ita etiam meliores libri ap. Valer. Flacc. loco laudato, qui est lib. I, 629, exhibent *Aegan*, vbi v. Vess. Nec tamen quicquam prodest ad sensum, si legere velis et in nostro: *Aegan*. Heins. *vexarier aeque*, vel *aegras*, vel *aegrum*, vel *aegra*. Vltimum hoc esset simplicissimum ex ipsa re natum; modo scriptura addiceret. 484 *et rigidis squamis vestire puellam* Basil. ms., haud dubie melius. 485 *pisces*. Requiruntur *pristes* forte et h. l.; hoc est belluae. 486 *Nimiumque auidis regno Amphitrites* ms. Basil., quod refingere videtur Heins. *Nimiumque infidae regno Amphitritae*. Non satis vim perspicio. Vulgata eo spectat, quod mutata in piscem Scylla belluarum voracitate peritura fuisset.

484. 485. 486. *externam puellam*, in externa corporis superficie. *pecus Amphitrites*: antiqua poetarum formula. Notum est Naeuii, quod et Taubmann. laudat, *Lascivum Nerei simum pecus*. adde Lucret. II, 342. 343, et inprimis notum illud Horatii: *Omne cum Proteus pecus egit altos Visere montes*. Mox 488 *in terris*, inter homines appellatur Ciris ἀπὸ τῆς κάρας, detonsa patris coma.

490 sqq.

Ciris Amyclaeo formoſior anſere Ledae.
Ac velut in niueo tenerae cum primitus ouo
Effigies animantis et internodia membris
Inperfecta nouo fluitant concreta calore:
Sic liquido Scyllae circumfuſum aequore corpus
Semiferi incertis etiam nunc partibus artus
Vndique mutabant, atque vndique mutabantur.
Oris honos primum, et multis optata labella,
Et patulae frontis ſpecies, concreſcere in vnum
Coepere, et gracili mentum producere roſtro.
Tum, qua ſe medium capitis diſcrimen agebat,

Ecce

489 *Amyclaeae — Ledae* requiritur. Sic et Heinſ. Anſer pro olore; vt et alibi apud poetas. 490 *Hic velut* edd. vett., etiam Aldina cum Baſil. ant. *tener eſt cum primitus* Aldina. *teneras cum protinus* Ven. 1484, Iunt. Norimb. (cum Ald. tert. et Baſil. rec.) et al., et puto *protenus* poetam magis decere. 491 *Effigies animantur* vett. edd. praeter Aldinam, in qua eſt *Effigies animantis*, melius, puto, etſi alteram praeferat Scaliger cum Heinſio. Certe non placet: *teneras effigies in ouo animari*. Contra praeclare: *teneras effigies animantis fluitant in ouo*: h. adumbrata pulli forma in liquore natat. 492 *calore* Ven. 1484. Etiam color vitelli mutatur; ſicque *nouo* accommodatius eſt. At *calor* ex incubatione eſt. *nouus* erit continuatus, ſuccedens de nouo. 493 *liquidum* mſ. Baſil. 495. 496 *atque vndique mutabatur. Oris honos: primum multis* deguat et interpungunt vett. edd., minus bene. Quod habemus, Aldinae debetur. Heinſ. tentat *mutabant* vel *mutabant*. In mſ. Baſil. abeſt *et*. 497 *patulae frontis ſpecies: ergo ſpecies frontis* pro *fronte*, et h. l. pro *ore* omnino. *Spatium* per decorem ſpectabilem Aſconius interpretatur. *Spatia frontis* tamen proprietas ſermonis hic requirebat, vel *ſpatium*, quod et Heinſio in mentem venit.

490 ſqq. Totus locus de metamorphoſi hac, et inprimis comparatio haec inchoatae mutationis Scyllae in alitem cum vitello oui in pullum abeuntis, ex elegantiſſimis eſt, et miror, eam Naſoni, ingeniioſiſſimo homini, non in mentem veniſſe. 491. 492. *internodia fluitant concreta calore* pro vulgari: internodia membrorum fluitant. 493. *liquido circumfuſum aequore corpus*, neſcio an arguter: ſed malim non tam excentum, vinculis et mari natans, quam potius, vt pullus in ouo liquore ambitur, ſic humore ſeu nebula incluſum corpus, dum mutabatur, ſignificari.

500. Eſt

Ecce repente, velut patrios imitatus honores,
Purpuream concuſſit apex in vertice criſtam.
At mollis varios intexens pluma colores
Marmoreum volucri veſtiuit tegmine corpus,
Lentaque perpetuas fuderunt brachia pennas.
Inde alias partis, minioque infecta rubenti
Crura, noua macies obduxit ſqualida pelli,
Et pedibus teneris vngues confixit acutos.
Et tamen hoc demum miſerae ſuccurrere pacto
Vix fuerat placida Neptuni coniuge dignum.
Nunquam illam poſthac oculi videre ſuorum
Purpureas flauo retinentem vertice vittas;

Noh

500 *imitatur* Aſcenſ. Iunt. mſ. Baſil.; hic et *patrios.* 501 *Purpuream* Aldina; praefert Heinſ., quia 511 ſequitur *Purpureas.* 502 *mollis* Ald. eadem: reliquae *membris*, cum Baſil. mſ., puto melius; vt ſit: *pluma intexens membris varios colores.* 503 *Manſurum* vett. edd.; et ſic mſ. Baſil., vnde Heinſ. f. *inſutum* vel *indutum.* *Marmoreum* Aldina reſtituit. 505 *In varias partes* Heinſ. apud Io. Schrader., f. vt iungantur cum anteced. 506 Expreſſum erat in Ald. tert. Heinſ. et Burm. edd. *nouus macies obduxit ſqualida pelli*, nullo cum ſenſu, et manifeſto ſphalmate. Vett. edd., etiam Aldina pr. et ſec. cum Pithoeana, legebant vitioſe: *nouumque atrem obduxit ſqualida pelli.* Iſoenſis refingebat: *Crura nouamque atrem illico duxit ſqualida pelli.* Quod nunc legitur, veriſſima eſt emendatio iam in Pithoei margine appoſita, mox a Scaligero probata. Ita *macies obduxit crura noua pelle, et confixit vngues pedibus*, h. fixit iunctim cute agglutinata; non vt digitis diſiunctis olim pedes erant. Vt tabulas configi inter ſe Cato dixit. Alias malim *infixit*, vel *affixit*, quod mſ. Helmſt. habebat cum mſ. Baſil. Porro *Crura noua macies ſubduxit* citat Salmaſ. ad Solin. p. 287. At *obductus cortex* et ſimilia ap. Ouid. et al. 508 *Attamen* legit Loenſis. Qui hic ſequuntur ad vſ. 513 ſex verſus iterum ex meo iudicio mali verſificatoris ſunt in margine alicuius libri adſcripti et perperam recepti. Tulerat quidem Amphitrite opem puellae: ſed vix dignum dea, vt ei ſuocurreret hoc pacto; non enim puellam poſthac propinqui nuptam viro viderunt. Sententia inſulſa et puerilis, verba partim ex triuio et parum propria. Suus cuiusque ſenſus rem, puto, declarat. 511 *ſalso* Ven. 1484. Iunt. Aſcenſ.

500. Eſt adeo Ciris suis cum criſta purpurea, ad imitationem cincinni seu capilli purpurei patrii, quem Scyllae reſciderat. *volucre tegmen* est plumeum, et *perpetuae pennae*, quae totas alas, olim brachia, obduxerunt.

Non thalamus Tyrio fragrans adcepit amomo,
Nullae illam ſedes. Quid iam cum ſedibus illi
Quae ſimul vt ſeſe cano de gurgite velox
Cum ſonitu ad coelum ſtridentibus extulit alis,
Et multum late diſperſit in aequore rorem;
Infelix virgo nequidquam a morte recepta
Incultum ſolis in rupibus exigit aeuum,
Rupibus, et ſcopulis, et litoribus deſertis.
Nec tamen hoc iterum poena fine: namque deum
Omnia qui imperio terrarum millia verſat,

Conm

Aſcenſ. *retinentem* facile erat cum meliore permutare. Sed aduc
vit *h*, qui adſcripſit, verſum Catulli LXIII, 63 Ariadne Theſeu
gientem proſpicit, *Non flauo retinens ſubtilem vertice mitram.*
aliter res ſe habet. 512 Haec iam perſequutus erat ſup. vſ.
Pro *Tyrio*, *Syrio* arbitror, ex poetarum more fuiſſe. 513 *Nu*
tam ſedes ed. Scalig. Mox *Quid enim iam ſedibus illis* communis
etiam Aldinarum, eſt lectio: vt ſubſtituatur: *opus eſt*. Quis p
mutarit, vt in Heinſ. et Burm, legitur, ignoro. Heinſ. in ſc
malit: *Quid enim cum ſedibus illi?* Totus tamen verſus non r
inficetus eſt quam ante erat. 516 *in aequora* melius mſ. Helm
lato em. Heinſ., perperam. Ge. IV, 430 *Ibat: eum* (Proteum)
girum gens humida ponti Exſultans rorem late diſperſit aqu
517 *a morte recepta* coni. vir doctus Miſc. Obſſ. Vol. IV, p. 332,
hoc idem iam in Ald. text., vnde *a* recepi. 519 *Rupibus*. I
vero verſu manifeſta eſt inepti verſificatoris manus. 520 *N*
men hoc ipſum vet. edit. ap. Loenſem. 521 *Omnia qui imperi*
rarum millia verſat. Etiam hic verſus a monacho excuſus puta
Pie quidem, ſed non latine, dictum: *deum verſare imperio omnia*
lia terrarum, h. e. animantium per terras; nam de infinitis terr
orbibus nemo illa aetate cogitauit; et tamen in promtu erat ve
refingere: *Qui maria imperio et terras ac ſidera verſat*. Heinſ.
Omnia, qui imperio rerum mortalia verſat. In ſchedis Wolfii p
millia ſubſtituebatur *munia*: neſcio quo ſenſu.

514 ſqq. Elegans locus et ſenſibus rem ſubiiciens graphice, *Et multum late diſperſit in aequore rorem*, vt ſolent aues madefactas alas concutere. *nequicquam recepta*, ſeruata, a *morte*. Praeſtat, puto, hoc, quam vt mortem receperit, ſubierit; ad quod fac
tum non eſt; mutatur
in auem. *aeuum incul*
vitam aſperam et horrida
520. Nunc Iupiter, in
natus, filia ſcelerata in a
mutata, parentem interea
ſerum apud inferos deg
reuocauit. eum in vitam
pacitur animam fecit.

533

Commotus talem ad superos volitare puellam,
Cum pater extinctus caeca sub nocte lateret,
Illi pro pietate sua (nam saepe tepenti
Sanguine taurorum supplex resperserat aras:
Saepe deum largo decorarat munere sedes)
Reddidit optatam mutato corpore vitam,
Fecit et in terris Haliaeetus ales vt esset.
Quippe aquilis semper gaudet deus ille coruscus.
Huic vero miserae, quoniam damnata deorum
Iudicio gnatique et coniugis ante fuisset,
Infesti adposuitque odium crudele parentis.
Namque, vt in aetherio signorum munere praestans,
Vnum

524. 525 Variant edd. vett. primum in *tepenti:* quod omnes Aldinae exhibent. At Ven. 1484 *videmus:* quod et ms. Helmst. cum ms. Basil. habebat; caeterae vett. *nitentum:* latere in vtroque *bidentem* sagaciter odoratur Scaliger; sed docere debebat *bidentem taurum* vsquam veteribus dictum. Praeferam *nitentum;* vt saepe victima, v. c. Aen. III, 20. Heins. legit *litantum.* Ouid. *victima nulla litat.* Martial. X, 73 *Victima caesa litat.* Et remittit ad Salmas. ad Solin. Raimuero de vi vocis nemo dubitet. 525 Vett. edd. *respexerat*, et *aras.* 528 *Helicone sales vt esset* ms. Helmst. 529 Hic versus iterum ab interpolatore insitus videtur. Iouem *deum coruscum* vix bonus poeta dicat. Alii, vt Ascens. et Iunt., *coruscis.* Sed *aquilas coruscas* nemo nouerit, nisi esse dicas, quae fulmen coruscans vnguibus portant. Ita et Heins. accipit. 530. 531. 532 Vix haec satis sana: certe, causa adiecta qualis sit, non satis licet assequi: infestum facit Scyllae patrem haliaeetum Iupiter, *quoniam damnata deorum iudicio gnatique et coniugis ante fuisset.* An Minos idem Iouis natus et Scyllae coniux? Scaliger quidem natum Apollinem vel Minoem, coniugem Iononem interpretatur. Putabam scribendum esse: *Iudicio, patrisque et coniugis*, scil. Nisi et Minois; et versu antec. *quum iam* vel *quamuis.* In edd. nullum auxilium. *Iudicio* vett., vt Ald. pr. *iam* ante pro *damnata* vet. edd. et Ald. pr. cum ms. Helmst. Tum 532 *apposuit* sine copula haud dubie legendum; *Huic vero miserae — Infesti apposuit odium crudele parentis. Apponere*, vt *addere*, in Virgilio vidimus. cf. ad Aen. VI, 90. Scaliger malebat *opposuit:* quod non probandum. 533 *Iamque vtinam aetherio* Ven. 1484 cum ms. Basil. *Iam veluti aetherio* Iunt. et al. *Namque vt in aetherio* Aldinae debemus.

533 sqq. Arguta etiam haec est comparatio. Mutuo se persequuntur fugiuntque ciris et haliaeetus aues, quemadmodum

Vnum quem duplici stellarum sidere vidi,
535 Scorpius alternis clarum fugat Oriona:
Sic inter sese tristis Haliaeetus iras,
Et Ciris, memori seruant ad saecula fato.

Quacun

mus. *signorum munus* obscure dictum: accipio pro spectaculo Schrader. emend. *lumine:* vt in Catull. 66, 59 *in vario lumin praestant* vitium edd. nonnullarum e vulgo. Scorpius dicitur *stans* inter caetera sidera, non male, si Antarem in eo c 534 *quam duplici* Ven. antiqua, et in fine *viri:* vitiose. E scabra huius versus oratio, etsi sententia expedita: nam, vt I, 33 vidimus, in sphaera veterum Librae locum vnus Scorpi cupabat. Hygin. Astron. II, 26 *Scorpius propter magnitudinem m rum in duo signa diuiditur, quorum vnius effigiem nostri Libram runt.* Est igitur *Scorpius, quem vnum vidi duplici sidere stell* habentem, occupantem situm binorum signorum: *sidus stellaru* sidere simpliciter. Suspicabar *stellatum duplici sidere*, h. or stellis duorum siderum. Sicque vidi mox expressum in ed 535 Legebatur in Heinsianis *fugit*, praue. vid. Not. ad h. v. L dum est, quod iam Aldina habet, *fugat:* nam Orione occiden tur Scorpius. Edd. vett. *clarum* (Norimb. *clarium*) *fugiant Or* Iunt. *clarum fugit Orionem:* eadem vitiose *alterius:* vnde *Ar* inscite Loensis comminiscebatur. Sed emendate iam editum al lano in Aldina nostra *alternis clarum fugat Oriona. fugat Orione* Basil. 536 Male edd. vett. *Haliaetus in iras.* Est ἀλιαίετος. etiam *Haliaeetos* maluit poeta scribere, vt docti poetae solent. *memori fato*, fere vt Aen. I *memorem Iunonis iram* dixit, passiue. *seruans* ms. Basil.

admodum duo sidera Scorpius et Orion ortu et occasu se fugere sequique videntur. Quoties enim Orion occidit, altera ex parte Scorpius exoritur, vt ex sphaerae tractatione discere quisque potest. Idque etiam Aratus docet vss. 304. 306. 309. Versa res a priscis hominibus in fabulam, vt Orioni scorpium immissum narrarent. cf. Hygin. Astron. II, 26 *Itaque constitutum, ut, cum Scorpius oriatur, Orion occidat*, et lib. III, 33 *hunc* (Orionem) *spectantem ad occasum et occidentem exorta Scorpionis posteriori parte.* F diuersa ratione ductum mus poeticum phantasm situ et ea specie, qua sphaera caelesti duo oculis obiiciunt: quo Pleias Piscem fugere Ge. IV, 237, quod mil loco molestiam facere no bebat: est enim res sati quens. Iterum alio mo Vrsa Aratus effinxit i Ἢ τ' αὐτοῦ τρέφεται κ Ὠρίωνα δοκεύα: nam e tantum linea ex aduerso ventur et Vrsa et Orion.

otus talem ad superos volitare puellam,
pater extinctus caeca sub nocte lateret,
pietate sua (nam saepe tepenti
ine taurorum supplex respersérat aras:
deum largo decorarat munere sedes)
dit optatam mutato corpore vitam,
et in terris Haliaeetus ales vt esset.
pe aquilis semper gaudet deus ille coruscus.
vero miserae, quoniam damnata deorum
o gnatique et coniugis ante fuisset,
adposuitque odium crudele parentis.
que, vt in aetherio signorum munere praestans,
Vnum

4. 525 Variant edd. vett. primum in *tepenti:* quod omnes Al-
xhibent. At Ven. 1484 *videmus:* quod et ms. Helmst. cum
il. habebat; caeterae vett. *nitentum:* latere in vtroque *biden-*
aciter odoratur Scaliger; sed docere debebat *bidentem taurum*
veteribus dictum. Praeferam *nitentum;* vt saepe victima,
n. III, 20. Heins. legit *litantum.* Ouid. *victima nulla litat.*
X, 73 *Victima caesa litat.* Et remittit ad Salmas. ad Solin.
ro de vi vocis nemo dubitet. 525 Vett. edd. *respexerat*, et
528 *Helicone sales vt esset* ms. Helmst. 529 Hic versus iterum
polatore insitus videtur. Iouem *deum coruscum* vix bonus poe-
. Alii, vt Ascens. et Iunt., *coruscis.* Sed *aquilas coruscas* ne-
erit, nisi esse dicas, quae fulmen coruscans vnguibus por-
ta et Heins. accipit. 530. 531. 532 Vix haec satis sana:
causa adiecta qualis sit, non satis licet assequi: infestum facit
patrem haliaeetum Iupiter, *quoniam damnata deorum iudicio*
et coniugis ante fuisset. An Minos idem Iouis natus et Scyllae
? Scaliger quidem natum Apollinem vel Minoem, coniugem
m interpretatur. Putabam scribendum esse: *Iudicio, patris-*
coniugis, scil. Nisi et Minois; et versu antec. *quum iam* vel
s. In edd. nullum auxilium. *Iudicio* vett., vt Ald. pr. *iam*
damnata vet. edd. et Ald. pr. cum ms. Helmst. Tum 532
sine copula haud dubie legendum: *Huic vero miserae — In-*
posuit odium crudele parentis. Apponere, vt *addere*, in Virgilio
. cf. ad Aen. VI, 90. Scaliger malebat *opposuit:* quod non
lum. 533 *Iamque vtinam aetherio* Ven. 1484 cum ms. Basil.
ti aetherio Iunt. et al. *Namque vt in aetherio* Aldinae debe-
mus.

qq. Arguta etiam haec
paratio. Mutuo se
persequuntur fugiuntque ci-
ris et haliaeetus aues, quem-

etymo v. Etymol. M. Videtur vetus Hecates adeoque Dianae nomen fuisse Βριτώ. Dictynnae nomen, vulgo ad retia (δίκτυα) trahi solitum, quibus excepta Nympha seruata est (v. Diodor. l. c.), Cretensibus fuit domesticum, vt Pausan. l. c. docet; acceptum tamen a Samiis, Herodoto auctore lib. III, 59. Fuit certe Dictynnae fanum in terra Cydoniate Cretae, vbi et Dictynnaeus mons et promontorium. Idem nomen alii, vt Eurip. Hippol. 146. 1130, vbi cf. Schol., Aristoph. Ran. 1402, vbi Schol., de Diana interpretati sunt, sed reprehensi a Diodoro V, 76, vbi tollenda est ante ἀφ' ἧς et post Ἄρτεμιν parenthesis: nam ad Ἄρτεμιν spectant ea, quae sequuntur. Sequitur tamen istos auctor noster vss. 245. 304. 305, et Ἀρτέμιδος Δικτύννης fanum fuit in Laconica: Pausan. III, 24, p. 273. Ἄρτεμις Δικτυννάεια Anticyrae culta Paus. X, 36, p. 890. 891. In numo Cydoniatarum et in altero Lacedaemonio eam deprehendit V. C. Neumann. Num. ined. p. 240. Factum autem hoc et alias, vt modo deorum nomina transirent ad heroes, inprimis deorum liberos: ita Aristaeus Ζεὺς et Ἀπόλλων Ἀγρεὺς et Νόμιος ap. Pindar. Pyth. IX, 110 sq., quem respicit Diod. IV, 81; modo heroum nomina adiicerentur diis: sic Pythaeus Apollo a Pythaeo filio apud Hermionenses. Pausan. II, 35. Laudari vidi Dictynnam, tamquam Catonis alicuius carmen. Sed ea *Diana* fuit, Valerii Catonis amica. v. Sueton. Gramm. XI, vbi Cinnae versus: *Saeculo permaneat nostri Diana Catonis.* Caeterum Carme, bello capta et longe auecta, vt ex v. 290 intelligitur, in Nisi potestatem venerat et ab hoc Scyllae filiae nutrix data fuerat.

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS
CATALECTA

VIRGILII MARONIS
ATALECTA

P. VIRGILII MARONIS
CATALECTA

I

AD TVCCAM

Delia, Tucca, tibi venit; ſed ſaepe videre
Non licet: occulitur limine clauſa viri.
Delia ſaepe tibi, non venit adhuc mihi: namque
Si occulitur, longe eſt, tangere quod nequeas.

Venerit

I

Delia, Tucca, tibi venit. Extat Anthol. Lat. lib. III, 150, editum iam ante in vet. Poet. Catalect. p. 153 (ad calc. Petron. ed. Patiſſon.) et a Scaligero. Nec alia fides vel auctoritas eſt, qua Virgilio tribuitur. *Delia* ex Scaligeri emendatione receptum eſt, cum legatur *De qua, T.* Idem Scaliger Epigramma hoc ſalſiſſimum et argutiſſimum appellat, et interpretationem

omnia haec poematia in iisdem vetustioribus continua scriptura, tamquam vnicum carmen exarantur, et quidem foedis vitiis contaminatissima.

Cum Carmina haec suis iam locis Anthologiae Latinae Burmanni Secundi inserta essent, nolui actum agere et variam lectionem, seu potius corruptelas adscribere. Itaque ea tantum commemoraui, quae a viro doctissimo plerumque relicta videbam, vt sententiam versuum accuratiore interpretatione constituerem.

P. VIR-

ydides tyrannus Atticae febris,
Gallicum ſpinae ipſemet male illiſit,
mnia, iſta verba miſcuit fratri.

III IN

gnion: Grammatico- : v. 5—7). Lepor, qui ſt, magna ex parte ad s ſenſus periit; nec ſine diſputatione accurata aut interpretatio inſtitui . Fecit etiam otium hac in re Burmannus qui hoc carmen An- Lat. Tom. I, lib. II, exhibuit commentariis s et aliorum inſtruc- ſuper aliis ad Interpre- uinctiliani et Auſonii, d Sam. Petit. Miſcell. III, iittit. Vt paucis igitur gamur: Scriptum eſt umma in C. Annium rum Rhetorem, qui fra- veneno ſuſtulerat: idem Rhetor, qui aut, quod llia natus et in Britan- rte artem profeſſus erat, barbaro more et ſolœ- onuntiabat, aut inſolen- barbara verba tamquam s affectabat (Quinctilia- amen de vetuſtorum ver- n affectatione agit eo loquo verſus hos comme- t: vt adeo omnis adhuc carminis interpretatio n tuta mihi eſſe videa- Dicit igitur poeta, his vel barbare pronuntiatis xoticis et barbaris ver- um, pro veneno, fratrem necaſſe. De lectione, admodum in multis incerta, videndi ſunt iidem viri docti. Vt tamen aliquid apponam, quod lectorem in ſententia aſſequenda iuuare poſſit, haec addam. *Corinthia verba* (nam haec tenenda cum Burmanno ſtatuo, donec verum repertum fuerit; natae ſunt forte corruptelae ex vitioſa ſcriptura *Chorynthiorum*), ſunt mollia, fracta, calamiſtrata: a luxu Corinthiorum. Ineſt autem ſimul ironiae genus verbis. *Thucydides tyrannus Atticae febris* eſſet, qui dominatur in frigore illo Atticiſmi affectati. Sed melior lectio: *Thucydides Britannus.* Tum pro *febris Atticae*, τῇ Ἀττικισμῷ, praeſtat coniectura virorum doctorum: *Attice febris*, h. Ἀττικῇ Attica. Verſus quartus debet nomina exhibere vel barbara vel affectate aut barbare enuntiata. Amplectenda itaque hactenus aut Scaligeri lectio: *Tau Gallicum, min ipſum et al, ei illiſit:* in eodem mortario venena illa fatis nota: taurinum ſanguinem, minium et allium, triuit, vt fratri miſceret; ridicule igitur decurtabat ille, quoties declamabat, verba, *taur*, pro tauro, *min* pro minio,

Venerit aut tibi; sed iam iam mihi nuntius ist
Quid prodest? illi dicito, quae rediit.

II

IN C. ANNIVM CIMBRVM RHETORI

Corinthiorum amator iste verborum,
Iste iste rhetor! Namque quatenus totus
Thuc

subiicit, in qua tamen argutias illas vix expisceris. Fugit nos caussa et occasio; quam equidem suspicor fuisse hanc: Est seruus aliquis vel libertus aut alius puellae perductor, qui eam venire nuntiat. Illa tamen, surgit quidem et exire domo tentat, sed clausae a marito fores exire vetant. Apud Tibull. I, 9, 43 *Saepe insperanti venit tibi munere nostro* (puella tua). *Et latuit clausas post adoperta fores;* vbi tamen latet puella pone fores per lusum. Nil igitur iuuat amatorem, quod sibi dictum accipit, illam venire. Suspicatur tamen illum ipsum hominem, forte ex conlibertis puellae, interea illius amore potitum: I, ergo, subiicit, et nuntia marito, eam rediisse. Ita excidisse videtur acumen in extremo versu: *cui rediit.* „*Delia, Tucca, tibi venit.*„ (sunt perductoris verba: cui respondet Tucca): *sed* saepe* videre Non licet: occulitur limine clausa viri. Delia* saepe* tibi, non venit adhuc mihi; namque Si occulitur est, tangere quod neque nerit illa tibi. Sed i hi nuntius iste Quid illi dicito, cui rediit.* pe corruptela latet, fo minis, v. c. *Sexte, Se* saltem compellatio, v te; ponamus fuisse, vel *saeue.* Mox *Ve* pro *aut,* emendabat B nus Sec., at latebat vi *iamiam.* In fine *illi* rito), *cui rediit, ad q diit,* dicito eam tibi In Cephalae Antholog Lips. Vol. IX, pag. 4 gramma est similis Αὔριον, ἀθρήσω σε· τὸ τε γίνεται ἡμῖν, — ἐσπερίη σε (vt pro emendatum est a Toup nouiss. in Suid. p. 12).

II

Celebre inter erudi ros epigramma, a Qui no seruatum Inst. Or. 28, qui expresse Virg ait, et inter *Maronis lecta* illud refert Auso Monosyllab. (Idyll. XII nopae

ydides tyrannus Atticae febris,
Gallicum spinae ipsemet male illisit,
mnia, ista verba miscuit fratri.

III IN

gnion; Grammatico-
v. 5—7). Lepor, qui
l, magna ex parte ad
sensus periit; nec sine
disputatione accurata
ut interpretatio institui
Fecit etiam otium
hac in re Burmannus
qui hoc carmen An-
Lat. Tom. I, lib. II,
exhibuit commentariis
et aliorum instruc-
super aliis ad Interpre-
uinctiliani et Ausonii,
l Sam. Petit. Miscell. III,
ittit. Vt paucis igitur
amur: Scriptum est
mma in C. Annium
um Rhetorem, qui fra-
eneno sustulerat; idem
Rhetor, qui aut, quod
lia natus et in Britan-
te artem professus erat,
barbaro more et soloe-
nuntiabat, aut insolen-
barbara verba tamquam
affectabat (Quinctilia-
men de vetustorum ver-
affectatione agit eo lo-
uo versus hos comme-
vt adeo omnis adhuc
carminis interpretatio
tuta mihi esse videa-
Dicit igitur poeta, his
el barbare pronuntiatis
oticis et barbaris ver-
, pro veneno, fratrem

necesse. De lectione, admodum in multis incerta, videndi sunt iidem viri docti. Vt tamen aliquid apponam, quod lectorem in sententia assequenda iuuare possit, haec addam. *Corinthia verba* (nam haec tenenda cum Burmanno statuo, donec verum repertum fuerit; natae sunt forte corruptelae ex vitiosa scriptura *Chorynthiorum*), sunt mollia, fracta, calamistrata; a luxu Corinthiorum. Inest autem simul ironiae genus verbis. *Thucydides tyrannus Atticae febris* esset, qui dominatur in frigore illo Atticismi affectati. Sed melior lectio: *Thucydides Britannus*. Tum pro *febris Atticae*, τῆ Ἀττικισμῆ, praestat coniectura virorum doctorum: *Attice febris*, h. Ἀττικὴ Attica. Versus quartus debet nomina exhibere vel barbara vel affectate aut barbare enuntiata. Amplectenda itaque hactenus aut Scaligeri lectio: *Tau Gallicum, min ipsum et al, ei illisit*: in eodem mortario venena illa satis nota: taurinum sanguinem, minium et allium, triuit, vt fratri misceret; ridicule igitur decurtabat ille, quoties declamabat, verba, *taur*, pro tauro, *min* pro minio,

Nec ferre durum frigus, aut aeſtum pati,
Neque arma victoris ſequi.
Valent, valent mihi ira et antiquus furor,
Et lingua, qua adſim tibi.
Et proſtitutae turpe contubernium
Sororis. O quid me incitas?
Quid, impudice, et improbande Caeſari?
Sed furta dicantur tua,
Et heluato ſera patrimonio
In fratre parſimonia;
Vel acta puero cum viris conuiuia,
Vdaeque per ſomnum nates;
Et inſcio repente clamatum ſuper,
Thalaſſio, Thalaſſio.
Quid palluiſti, femina? an ioci dolent?
An facta cognoſcis tua?
Non me vocabis pulchra per Cotyttia
Ad feriatos faſcinos:

Nec

6. *qua adſim tibi.* Verſui ſuccurrum deeſt. Optime Gudendorpius: *qua iam adſim tibi.* *Adeſſe*, cum notione infeſti et hoſtilis animi; vt alias *addi, apponi.* cf. ad Cirin. 532.

7. Nouam verſus orditur ſententiam: experitur ſcilicet nunc poeta, quid furor et lingua maledica valeat. Itaque *Ei* cum Scriuerio, vel *Hei*, legendum.

10. *Si* legendum cum eodem. *Quid? ſi furta dicentur tua?*

15. Impurus homo muliebria paſſus tamquam pro nupta habitus, cui ſollenne illud acclamaretur. Hinc idem mox appellatus *femina.*

19. Melius ſequentia interrogando efferuntur. In ſacris Cotyttiis (erant ea ex initiis a Thracibus acceptis, v. Strabo X, p. 721 B., qui claſſicus locus) Veneri ab impudicis hominibus habitis pompa faſcinos geſtatos eſſe, probabile fit: ergo *feriatus* pro, feſtus, dictum videtur.

:in mouere lumbos in crocotulam
nsis videbo altaribus;
n prope Thybrim et olentis nauticum
:are: vbi adpulsae rates
n vadis coeno retentae sordido,
:raque luctantes aqua.
in culinam, et vncta compitalia,
esque duces sordidas:
s repletus vt saliuosis aquis,
esam ad vxorem redis,
uantes docte soluis pantices,

Os

2. Scaliger praeclare
nit: *alaribus*, vt πτε-
ıt alae vestis croco-
s ille muliebriter vef-
muliebriter saltans,
, ne saltantem impe-
in crocotula porro
st medicina, quam
am Scaliger adhibet
rsu transposito: *Mo-
bos nec dein, crocotu-
sis videbo alaribus?*
Legendum cum Ou-
bio, Burmanno quo-
dente, *Flauum prope
im te olentes nauticum*
vt olentes nauticum
autis, quos impurissi-
mo praestolatur, vbi
int, vt eorum libidini
probe est vitium edit.
pro, *prope*).
Exprobrat famem et
m, qua coactus adit
h. loca in suburbiis,
us inopum funera et
epulae funebres habebantur:
tum *compita*, in quibus Lari-
bus Compitalibus et quidem
ipso Compitalium die neces-
se est apponi solitas fuisse
epulas, quas pauperes mox
auferre solebant. Rem ta-
men aliunde declaratam non-
dum vidi. Factum itaque
idem quod in coena Hecates,
v. 28 *duces* bene dedit Bur-
mann. pro *ducis*.

29. *Saliuosum* Scaliger ait
esse quicquid gustum reficit:
Recte, sed quid porro *sali-
vatis aquis* facimus? Nisi cor-
ruptela in *aquis* latet, vt for-
te: *vt saliuosis apris*, saliuam
mouentibus, scriptum fuerit:
accipio de ipsa saliua. Re-
pletus iis epulis vt (quomo-
do!) redis saliua etiamnum
ex recordatione affluente!

31. *pantices* de sartis acci-
piunt Scaliger et hinc alii;
nec male, cum *aestuantes* ap-
pellentur.

Nec ferre durum frigus, aut aeſtum pati,
Neque arma victoris ſequi.
Valent, valent mihi ira et antiquus furor,
Et lingua, qua adſim tibi.
Et proſtitutae turpe contubernium
Sororis. O quid me incitas?
Quid, impudice, et improbande Caeſari?
Sed furta dicantur tua,
Et heluato ſera patrimonio
In fratre parſimonia;
Vel acta puero cum viris conuiuia,
Vdaeque per ſomnum nates;
Et inſcio repente clamatum ſuper,
Thalaſſio, Thalaſſio.
Quid palluiſti, femina? an ioci dolent?
An facta cognoſcis tua?
Non me vocabis pulchra per Cotyttia
Ad feriatos faſcinos:

Nec

6. *qua adſim tibi.* Verſui ſuccurrum deeſt. Optime Oudendorpius: *qua iam adſim tibi.* *Adeſſe*, cum notione infeſti et hoſtilis animi; vt alias *addi, apponi.* cf. ad Cirin. 532.

7. Nouam verſus orditur ſententiam: experitur ſcilicet nunc poeta, quid furor et lingua maledica valeat. Itaque *Ei* cum Scriuerio, vel *Hei*, legendum.

10. *Si* legendum cum eodem. *Quid? ſi furta dicentur tua?*

15. Imparus homo muliebria paſſus tamquam pro nupta habitus, cui ſollenne illud acclamaretur. Hinc idem mox appellatus *femina.*

19. Melius ſequentia interrogando efferuntur. In ſacris Cotyttiis (erant ea ex initiis a Thracibus acceptis, v. Strabo X, p. 721 B., qui claſſicus locus) Veneri ab impudicis hominibus habitis pompa faſcinos geſtatos eſſe, probabile fit: ergo *feriatus* pro, feſtus, dictum videtur.

21. 22.

in mouere lumbos in crocotulam
ıſis videbo altaribus;
ı prope Thybrim et olentis nauticum
are: vbi adpulſae rates
ı vadis coeno retentae ſordido,
raque luctantes aqua.
in culinam, et vncta compitalia,
esque duces ſordidas:
repletus vt ſaliuoſis aquis,
ſam ad vxorem redis,
uantes docte ſoluis pantices,

Os

.. Scaliger praeclare
it: *alaribus*, vt πτε-
t alae veſtis croco-
ille muliebriter veſ-
muliebriter ſaltans,
, ne ſaltantem impe-
in crocotula porro
ſt medicina, quam
m Scaliger adhibet
ſu tranſpoſito: *Mo-
bos nec deis, crocotu-
is videbo alaribus?*
.egendum cum Ou-
io, Burmanno quo-
lente, *Flauum prope
m te olentes nauticum*
vt olentes nauticum
atis, quos impuriſſi-
no praeſtolatur, vbi
nt, vt eorum libidini
probe eſt vitium edit.
ro, *prope*).
Exprobrat famem et
ı, qua coactus adit
ı. loca in ſuburbiis,
s inopum funera et
epulae funebres habebantur:
tum *compita*, in quibus Lari-
bus Compitalibus et quidem
ipſo Compitalium die neceſ-
ſe eſt apponi ſolitas fuiſſe
epulas, quas pauperes mox
auferre ſolebant. Rem ta-
men aliunde declaratam non-
dum vidi. Factum itaque
idem quod in coena Hecates,
v. 28 *duces* bene dedit Bur-
mann. pro *ducis*.

29. *Saliuoſum* Scaliger ait
eſſe quicquid guſtum reficit:
Recte, ſed quid porro *ſali-
vatis aquis* facimus? Niſi cor-
ruptela in *aquis* latet, vt for-
te: *vt ſaliuoſis apris*, ſaliuam
mouentibus, ſcriptum fuerit:
accipio de ipſa ſaliua. Re-
pletus iis epulis vt (quomo-
do!) redis ſaliua etiamnum
ex recordatione affluente!

31. *pantices* de ſartis acci-
piunt Scaliger et hinc alii;
nec male, cum *aeſtuantes* ap-
pellentur.

Os vsque lambis sauiis.
Nunc laede, nunc lacesse, si quidquam vales?
Et nomen adscribo tuum.
Cinaede Luci, an te reliquerunt opes?
Fameque genuini crepant?
Videbo habentem praeter ignauos nihil
Fratres, et iratum Iouem,
Scissumque ventrem, et herniosi patrui
Pedes inedia turgidos.

VI

AD VENEREM

Si mihi susceptum fuerit decurrere munus,
O Paphon, o sedes quae colis Idalias,
Troius Aeneas Romana per oppida digno
Iam tandem vt tecum carmine vectus eat:

pellentur: vt farcimina distenta rumpi videantur. Proprie pantices sunt intestina, quibus ad edulia farta vti solent.

32. Legendum haud dubie, cum Burmanno secundum Coluium ad Apulei. *Olusque lambis suauiis*, h. labiis.

35. Pro *an* fuisse suspicor *en*.

39. *Scissum ventrem*, ἐπ' αἰσχρῷ de cinaedo. 40. γενοπαχὴς Hesiodi Scut. 265. 266. Conf. Ouid. Met. VIII, 807. 808, pedibus ex atrophia tumentibus.

VI

Dulcissimum poema quod iam pro titulo exh mus in T. I, p. CCXLIV. votum pro suscepto Aen opere Veneri nuncupa seu, vt Scaliger ex coni ra ponit, suspensum pro plo Veneris Surrentinae. tat in Anthol. Lat. lib. 63 cum copiosa virorum torum illustratione: adeat qui volet.

3. 4. Splendida rei cies; inuecta Venus Aenea per Italiam tam triumpho, ab Aeneide solutam.

5.

ture modo, aut picta tua templa tabella
o, et puris serta feram manibus.
hos aries humilis, et maxima taurus
a sacratos tinguet honore focos:
usque tibi, dea, versicoloribus alis,
rem picta stabit Amor pharetra.
Cytherea! tuus te Caesar Olympo,
rrentini litoris ora, vocat.

VII ae-

ediderat Heins. l.
n *picta* redit v. 10.

humiles focos iun-
et cum Heinsio le-
sacrato. Nisi cum
emendare placet:
haud aries humilis,

Habemus igitur et
oreum signum colo-
tis, non tam in *alis*
us, quae poetice eo
rnantur, sed in *pic-*
a. Noli itaque mi-
m marmoream co-
uniceis Eclog. VII,
ec aegre ferre, me
is iudicio et gusta
ac picturae dubi-
ib. VIII Aen.

tuus te Caesar Olym-
at: non, puto, Iu-
r, Diuus: vt is cae-
as Veneri supplicet:
more, qui in cae-
lo degunt. Sed Caesar Augustus ipse inuocat Venerem in Olympo degentem. Quatenus autem *Surrentini littoris ora* pro Aeneide vota faciat, illustratum a viris doctis videre vellem. Villam Virgilium non longe a Nola in agro Campano habuisse, alio loco (T. I, V. Virg. s. 24) vidimus; littus igitur illud ad Craterem seu Sinum Campanum per promontorium Surrentinum, ad quod ea ora protenditur, declarauit. Potuit quoque in littore Surrentino Veneris fanum esse; et habebat forte in eadem ora praedium is, qui carmen hoc scripsit; facit enim vltimum hoc distichum, cum Caesar ipse et ora Campaniae pro felici Aeneidis successu vota facere dicuntur, vt potius ab amico aliquo Maronis, quam ab ipso poeta, profectum illud iudicem.

VII

RELICTIS ALIIS STVDIIS PHILOSOPH EPICVREAM AMPLECTITVR

Ite hinc, inanes rhetorum manipli,
Inflata rore non Achaico turba,
Et vos, Sile, Albuti, Arquitique, Varroque
Scholasticorum natio madens pingui;

VII

Saepius editi et hi Scazontes extant in Anthol. Lat. Tom. I, lib. II, ep. 243, vbi vid. Burm. Comparandum est ex parte initium Ciris.

1. Curtior in fine versus est syllaba, et iam suppletus a viris doctis, — *manipli, ite*: vel *ite hinc*.

2. *Ros Achaicus*, vt *Ceropius vos*, de eloquentia; seu rorem, quo cicadae pascuntur, seu, quod malim, mel Atticum respici dixeris. *Achaicus* omnino pro Graeco, et Graecanica eloquentia. *turba* in fine dudum emendatum pro *verba* a viris doctis et recte receptum est a Burmanno; turba rhetorum *inflata rore*, nequiter, vt alias, repleta, satiata, turgens, vbi de cibo vel potu agitur.

3. Versus varie tentatus, vid. Burmann. l. c. Vossiana emendatio: *Et vos, Aelique Tarquitique Varroque*, revocata scriptura ad nota nomina se commendans, metro repugnat in *Aeli*, vt monuit Io. Schrader. Emendat. p. XXXIV. prior syllaba in *Stilo* flaret, haberet hoc i Nec vero hi quoque de rhetoribus accipi po quis enim Varronem rhetores relatum au nec Scholastici h. l. dec tores esse possunt: sed matico memorare nul detur, homines in ser ratione et antiquitate tranda occupatos. E genere Varro fuit, ei praeceptor L. Aelius St Gell. I, 18. XVI, 8), autem senex Virgilii i tam attigit: mortuus est V. C. 726, quo Vir a. XLIII agebat. L. quitius libro de disc Etrusca et Ostentario cl Videtur idem verba ei ciplinae explicuisse au Grammaticae partes att

4. Si Virgilii esset he re poematium antiqu forte haec esset vocis, *sasticorum*, auctoritas.

Ite hinc, inanis cymbalon iuuentutis;
Tuque, o mearum cura, Sexte, curarum,
Vale, Sabine; iam valete formoſi.
Nos ad beatos vela mittimus portus,
Magni petentes docta dicta Syronis,
Vitamque ab omni vindicabimus curâ.
Ite hinc, Camenae! vos quoque limite ſaeuae,
Dulces Camenae; nam fatebimur verum,
Dulces fuiſtis, et tamen meas chartas
Reuiſitote; ſed pudenter, et raro.

VIII DE

deus pingui. Dictum *τὸ pingue*, pro adipe, omento, adeoque de ſtupore ingenii. *madere* autem pro obductum eſſe, adeoque, perfuſum, imbutum.

5. Notum eſt nomen Apronii Grammatico a Tiberio Caeſare inditum, cum eum *cymbalum mundi* appellaret, quod ad inanem aures loquaciter et inaniter ſtreperet. Itaque *inanis iuuentutis* vix bene legitur; ſed aut *inane cymbalon*, aut cum Burmanno, *Ite hinc, inanes*, corrigendum.

6. Heinſius caſtigauit feliciter: *Tuque, o mearum curarum, Sexte, Muſarum.* Quis hic Sext. Sabinus fuerit, nunc ignoratur.

7. *formoſi.* Si verum eſt, in puerorum amorem pronorem fuiſſe Maronem: lectio non adeo abhorrens eſt. Burmann. coni. *fumoſi*, *fumoſi.*

8. *Nos ad beatos vela mittimus portus.* Non vt Athenas nauiget: ſed vt ad philoſophiam ſe conferre dicat, quae ſapienti pro portu eſt et ſecuritatem tranquillitatemque affert. Audiuit autem Maro Syronem Romae. v. Phocae carmen v. 63 ſupra Tom. I, pag. CCXCI.

9. *Sirónis.* Immo vero *Syrónis.* vid. ſup. Tom. I Vita Virg. f. 79.

11. Corruptus verſus. Varias ſententias medelas vide ap. Burmann. l. c., quarum nulla ſatis facit. Antiqua ſcriptura: *Ite hinc Camenae vos limite ſeue* vel *limite ſeue*, vel *ſaeuae*, et expletum *nam nos quoque*, vel *vos quoque.* Latet, ſuſpicor, exquiſitus Muſarum epitheton, et in *ſeue*, *diuae.*

VIII

DE SABINO PARODIA CATVLLIANA

Sabinus ille, quem videtis, hospites,

VIII

Exhibet et hoc post Scalig. et alios Anthol. Lat. T. I lib. II epigr. 130 *De Sabino*. Immo vero in *P. Ventidium Bassum*, hominem vel ex Ciceronе notum, propter infimum locum, quo natus, et summum dignitatis et fortunae fastigium, quo peruenit: nam Picens, genere humili, puer cum matre captiva ante Pompeii Strabonis triumphantis currum ductus est; cum adoleuisset, quaestum sibi aegre parauit, ac sordide inuenit *comparandis mulis ac vehiculis, quae magistratibus, qui sortiti provincias forent, praebenda publice conduxissent; in isto quaestu notus esse coepit C. Caesari et cum eo profectus est in Gallias:* huic cum commeatus aliarumque necessitatum bellicarum curam egisset et pro eo, quem nos bellicae rei commissarium appellare solemus, fuisset, mox in amicitiam Caesaris, inde in amplissimum ordinem peruenit, Tribunus pl., Praetor, tandem Pontifex, Consul quoque a. V. C. 711 creatus est. Idem Syriam regendam accepit et de Parthis primus omnium triumphauit. Narrat haec et alia Gell. XV, 4. adde VII, sect. 44. Bellis bus cum ad Antonii transiisset, multorum sal perfrictus. Celebratu eum est epigramma: *C rite omnes augures, mru Portentum insuetum com est recens: Nam mulos q cabat, Consul factus est.*

Virulentum hoc al in eum hominem epi ma an a Marone profe fit, grauiorem auct quam eum, qui Cat collegit, non habemus: gramma Catulli in Pha (epigr. IV), quod comp studiosi necesse est, pa expressum esse, obui est. Interpretes, ac horum Iamborum in si versibus illustrare con de summa carminis nil nuerunt. Scilicet fol Consules pro aede Ca sedere: ita *sedens pro Castoris* Antonius Phil. II nec mirum, cum in e aede saepe Senatus hal tur: Verr. I, 49 extr. ante eandem aedem m erant statuae: vide v. c. Phil. VI, 5. Fingit i apud animum poeta, V dium, et quidem Consu vt ex vss. 23. 24. 25 in

Ait fuiſſe mulio celerrimus;
Neque vllius volantis impetum ciſſi
Nequiſſe praeterire; ſiue Mantuam
Opus foret volare, ſiue Brixiam.
Neque hoc negat Tryphonis aemuli domus
Negare nobilem, inſulamue caeruli:
Vbi iſte, poſt Sabinus, ante Quinctio
Bidente dicit adtondiſſe forcipe
Comata colla, nequa fordidum, iugo
Premente, dura volnus ederet iuba.
Cremona frigida, et lutoſa Gallia,
Tibi haec fuiſſe, et eſſe, cognitiſſima

Ait

gus, in ſella caruli pro Caſtoris aede ſedentem, tamquam ſtatuam eſſe dedicatam titulo hoc appoſite. Quod Sabinum appellat, poteſt cum aliis de cauſſis factum eſſe, tum quod Picentes Sabinis vicini ſunt.

2. *Ait fuiſſe*: tamquam pro titulo ſtatuae haec ſint perſcripta.

3. *Neque vllius volantis impetum ciſſi Nequiſſe praeterire*: nullius, licet celerrimi ciſſi, curſum potuiſſe praeterire vel ſuperare ciſſium mulionis huius. *Ciſſium* genus vehiculi leuioris binis rotis inſtructi: vid. Burm. ad h. l. *neque nequiſſe* pro non potuiſſe, vt interdum ſit. Graeco more.

6. 7. Legendum cum M. Voſſio: *Et hoc nec aut Tryphonis aemuli domum Negare* (ſcil. ait) *nobilem, inſulamue Caeruli.* Tryphon et Caerulus muliones: alter hic cuſtos inſularius, h. inſulae, *cenaculas* in aliqua vrbe et aedificiorum locandorum curam habens.

8 ſqq. Submulionem eum ante fuiſſe ait Quinctii alicuius. Heinſ. coni. *equitio*: quod alienum ab h. l. eſt; non de equorum armentis, ſed de mulis rhedariis hic agitur. *forceps* h. l. pro forſice, qua mularum iuba in ceruice attondetur, ne iugi attritu illa exulceretur. In *Attondiſſe* media metro repugnat: igitur legendum *attondiſſe*. Mox v. 11 pro *dura*, *aduſta* Heinſ. coni.; nec hoc magis accommodate: non enim iuba ſed collum aduritur attritu iubae.

13. 14. *Tibi haec fuiſſe et eſſe*

Ait Sabinus; vltima ex origine
Tua stetisse dicit in voragine,
Tua in palude deposuisse sarcinas,
Et inde tot per orbitosa millia
Iugum tulisse: laeua, siue dextera.
*Stringere mulas, siue vtrumque coeperat.
Neque vlla vota semitalibus deis
Sibi esse facta, propter hoc nouissimum,
Paterna lora, proximumque pectinem.

Sed

se cognitissima, Ait Sabinus, vltima ex origine. Ita distinguunt alii. Altera ratio firmatur exemplo Catulli, quod sequutus est v. 14. 15. Sunt autem illa appellandi casu dicta: *O Cremona* etc.

16. *deposuisse*, aut contrahenda est media, aut leg. *deposisse* ex *deposuisse*. Tum *tua in palude*, paludosis locis.

17 sqq. Quomodo alii, etiam qui emendarunt, intellexerint locum, dicere non habeo. Sententia videtur esse haec: quoties altera vel vtraque mula defecerat, demtum iis iugum per multa millia mulionem portasse ex humeris suis. Acerbitas igitur et in hoc, quod mulas male curatas eum egisse narrat. *Strigare* pro stringere esse legendum, manifestum est, idque Scaliger docuit, et dudum in vett. edd., vt Ven. 1486, expressum vidimus. Accipiendum tamen hic non tam pro interquiescere, sed omnino prae macie vel inedia deficere viribus, vt rhedae ducendae impares bigae sint. Nunc autem nec minus manifestum est, etiam reliqua sic constituenda esse: *laeua, siue dextera Strigare mula, siue vtraque coeperat.* Quod media in *vtraque* producitur, aliis, etsi seriorum poetarum, exemplis idem edoctos non male habebit. Si cui tamen intolerabile hoc videatur, leget *vtrinque*, vel cum viro docto apud Burm. *siue vtraeque coeperant.*

20. 21. 22. Tam feliciter omnia mulioni cessisse ait, vt ne vota quidem diis vialibus, *ἐνοδίοις*, vnquam suscipere necesse haberet, nec vllum susciperet, praeter hoc nouissimum, quo, arte mulionica deposita, eius artis instrumenta, habenas et pectinem, ex more dedicauit. Solo clarius, leg. *praeter hoc n.*, tum arridet Heinsii coni. *buxeumque pectinem*: inprimis

Sed haec prius fuere; nunc eburnea
Sedetque sede, seque dedicat tibi,
Gemelle Castor, et Gemelle Castoris.

IX

AD VARIVM

Scilicet hoc sine fraude, Vari dulcissime, dicam:
Dispeream, nisi me perdidit iste putus.
Sin autem praecepta vetant me dicere: sane,
Non dicam. Sed me perdidit iste puer.

X

AD VILLAM SCIRONIS

Villula, quae Syronis eras, et pauper agelle,
Verum illi domino tu quoque diuitiae:

Me

mis cum *eburnea* sequentur. Nunc *proximum* int. iuxta loca suspensum, eodem pariete.

23. *eburnea sede*; curuli.

25. Igitur Dioscuris fingitur dedicata statua: Consul Ventidius sedens pro aede Castoris.

IX

Vid. Anthol. Lat. lib. III, CCXLVIII. Edidit primus Scaliger.

2. *putus* vel *pusus*, pro puero, vnde *pusio*; prima syllaba longa; qua ex re, quod *putus* in metri rationem peccat, tota carminis in pusio nem argutia pendet: sic quoque Burmann. iudicabat.

3. *Sin autem*. Miror me minem maluisse: *Sin artis praecepta*.

X

1. *Scironis*. Immo vero *Syronis*, Epicurei philosophi, de quo modo Epigr. VII vidimus. Inter belli ciuilis calamitates et metus, consanguineos suos, inque his patrem, in Syronis villa, tamquam in tuto loco, aut perfugio, collocasse videtur. Suspicari vtique licet, quod Scaliger facit, scriptum carmen, cum ex agro Mantuano assignato militibus Romam discederet. Extat quoque in Anthol. Burmann. lib. III, epigr. CCXLIX. In v. 2 *tum quoque* bene emend. Io. Schrader.

Me tibi, et hos vna mecum, et quos semper amaui,
Si quid de patria triſtius audiero,
Commendo, in primisque patrem. Tu nunc eris illi,
Mantua quod fuerat, quodque Cremona prius.

XI

AD M. VALERIVM MESSALAM

Pauca mihi, niueo ſed non incognita Phoebo,
Pauca mihi doctae, dicite, Pegaſides.

Victor

XI

Vid. Anthol. Lat. lib. II, epigr. CXXII. Virgilio attributum eſt a Pithoeo, qui poſt Aldum edidit, hinc a Scaligero et aliis. Virgilio tamen non temere adſcribendum eſſe, cenſebat Burmann. Sec. Dubitaui aliquando (ad Tibull. p. 177), an omnino a vetere aliquo poeta hoc carmen profectum eſſet. Sed ad ſeriora tempora vix retrahi poteſt tantus orationis cultus. Nunc toto carmine diligentius exculſe Auguſtei ſaeculi fetum agnoſcere mihi videor etiam in toto eius colore et habitu. Deprehenditur enim in plerisque his poemaſiis iſtius aetatis ſermo Romanus ad dignitatem et ornatum verborum numeroſque poeticos egregie comparatus: at in tota carminis ſumma, inque argumento ea, qua par eſt, copia et lumine orationis explicando et feliciter diſponendo, eiusque membris commode iungendis et perpetuo quaſi vinculo comprehendendis, porro in dilectu rerum vel ſententiarum, quae carmine feliciter tractari poſſint, magna cernitur imperitia. Haec eadem in hac elegia occurrunt, in qua ſummum orationis cultum et ornatum merito mireris; iudicium et ſubtilitatem in carminis ſumma eiusque partibus conſtituendis facile deſideres. Licet enim dicas, excidiſſe videri nonnulla et lacunis carmen hiare: tamen illud, quod vſ. 21 de puella cum heroinis comparanda ſequitur, ieiunum eſt per ſe et ad faſtidium extremum protractum. Meſſalae inſcriptum eſſe carmen ex vſ. 40 patet. Verum, an ad M. Valerium Meſſalam illud ſcriptum ſit, dubitaui aliquando, quod Meſſalae iſtius facta ac bella non attingat ea, quae ex hiſtoria nota ſunt. Sed primum non occurrit ex Meſſalarum

deſt, magni magnum decus ecce triumphi.
ır, qua terrae, quaque patent maria;
barbaricae portans inſignia pugnae,
ius vt Oenides, vtque ſuperbus Eryx.
ius idcirco noſtros expromere cantus
mus, et ſanctos dignus inire choros.

Hoc

tirpe alius, ad quem
ortunius referri poſ-
e in carmine memo-
poeticen autem M.
attigiſſe et poetas
tis conſtat; tandem
ficultas tollitur, ſi ad
iuuenem haec ſcrip-
, cum ille, poſtquam
variis in bellis me-
in Africa inprimis,
et Luſitania (vſſ. 41
–54), aut in alterius
inter primos ducēs
inceſſiſſet, aut ip-
rthinis triumphaſſet:
a. V. C. 715 (v. ſup.
CXCIV) adeoque non
iti vel quod excurre-
s nato, contigit. Ita-
Aquitanico triumpho,
n Tibulli I El. VII
ſt, nullo modo hic
poteſt.

nae pulcher Apollo
ere, quibus adeſſe
giat.

gui triumphi. Dalma-
quidem arbitror. v.
nte. *decus triumphi*,
in pompa triumphali
maxime conſpicuus
eſt. Alias de eo dici poſſet, qui ſecundum triumphatorem maxima rerum geſtarum laude inclaruit. Sed nullus per hos annos triumphus occurrit, cui Meſſala intereſſe potuerit.

4. *Victor qua t.* ſimpl. terra marique victor.

6. *Oenides.* Ita N. Heinſius edidit: cum antea legeretur: *Aeneides*, *Aenides*. Voſſ. cod. *Eonides*. Quomodo Diomedes ad triumphalem pompam declarandam aptus ſit, non magis intelligo, quam vnde *Eryx* huc veniat: quem hoc vnum nobilitauit, quod, cum hoſpites caeſtu prouocaret, ab Hercule occiſus eſt. Pro Oenide *Alcides* bene ſubſtitui poſſet: quem in ſimili laude Virgilius nominabat Aen. VI, 802 ſqq., ſed eum Baccho: *Nec vero Alcides tantum t.*

7. 8. Nec minus idem maximus poeta. Et in hac laude nunc moratur in ſeqq. Hoc magis itaque inſolito more ſollicitus ſum, quid ipſe ad te ſcribam. Fateor enim hoc, quod me dehortari debebat,

Hoc itaque inſuetis iactor magis, optime, curis:
Quid de te poſſim ſcribere, quidue tibi.
Namque, fatebor enim, quae maxima deterrendi
Debuit, hortandi maxima cauſſa fuit.
Pauca tua in noſtras venerunt carmina chartas,
Carmina cum lingua, tum ſale Cecropio.
Carmina, quae Pylium, ſaeclis adcepta futuris,
Carmina, quae Pylium vincere digna ſenem.
Molliter hic viridi patulae ſub tegmine quercus
Moeris paſtores et Meliboeus erant;
Dulcia iactantes alterno carmina verſu,
Qualia Trinacriae doctus amat iuuenis.

Certatim

ſi cogitarem, me ad tam magnum poetam ſcribere, hoc ipſum me multo magis excitare, vt ſcribam.

13. *Pauca tua in noſtras venerunt carmina chartas.* Is enim illo tempore mos erat, vt ſtudioſi carmina, quae in publicum exibant, in ſuos pugillares referrent. cf. Burmann. h. l.

14. *Carmina cum lingua tum ſale Cecropio.* Quae ſint *carmina ſale Cecropio*, facile eſt ad intelligendum; ſed quid ſunt *carmina lingua?* Scilicet erit repetendum: *lingua Cecropia.* Ita vero Graeca carmina exarat noſter poeta? Haud dubie Attica elegantia et Attico lepore imbutos verſus declarare vult. Forte ſic praeſtat legere: *Carmina cum lingua, tum ſale, Cecropia*, h. e. quae ſint Attica, Atticis ſimilia, cum oratione, tum lepore.

15. *Pylium* his otioſe repeti, vidit N. Heinſius et emendauit: *Carmina quae Peliam*; vel *Carmina quae Phrygium*; alterum hoc merito praefert Burmann., quem vide; vt ſit Tithonus vel Priamus. In mſ. Helmſt. hic verſus deerat.

17. Quae ſequuntur vsque ad v. 40 tractata eſſe neceſſe eſt in aliquo Meſſalae carmine, et quidem bucolici generis. Sed vereor, vt vſſ. 17—20 a poeta noſtro, nec potius ab alio viro docto, qui hiatum explere voluerit, profecta ſint. Abſunt quoque, quod Burmannum non fugit, ab edit. Ald. 1517. *Molliter hic erant* vix Latine dictum eſt. Vſ. 20 *Trinacriae iuuenis*, qui

atim ornabant omnes Heroida diuae:
ertatim diuae munere quaeque suo.
em ante alias tanto scriptore puellam!
lter non famam dixerit ipse prior.
illa, Hesperidum ni munere capta fuisset,
uae volucrem cursu vicerat Hippomenem;
lida cycneo non edita Tyndaris ouo;
on supero fulgens Cassiopea polo;
defensa diu volucrum certamine equorum,
ptabant Graiae quam sibi quaeque manus;
e animam generi pro qua pater inpius hausit;
epe rubro Eleis sanguine fluxit humus;

Regia

on magis dici potest, latus est a Broukhusio: ria iuuenis, Theocri- ἐκ Τρινακίας. cf. Bur-

Post ea, quae interci- videntur, ad amasiam ie, carminibus eius ce- im, progreditur. Sul- lla fuit, Seruii filia. v. . nostrum in Vita et ad , El. 2. In fine ver- omnes heroida diui le- n esse, manifestum est. im quoque a viris doc- d. Burmann.

Varie tentatus versus. tia in aprico est: Non uellam fama priorem Proxime ad corruptam m accedit Munkeri tio: *Altera non fama esse prior:* per grae- Simplicitate quo- ommendat, quod ra- ro fieri solet, Salmasii coniectura: *Altera nam fama vix erit estque prior;* nisi quod *estue* malim.

25. 26. Atalanta, quae vicisset et cursu superatura fuisset Hippomenem, nisi pomo aureo in fraudem adducta fuisset.

29—32. De Hippodamia, Oenomai filia, qui rex Elidis erat; vnde *Eleidem terram* vs. 32 dixit; tandem a Pelope curuli certamine superatus. *defensa* quid sibi velit, non dixerunt viri docti; an quatenus certaminis lex intercedebat, ne proci eam coniugem ferrent; an fuit *detenta?* detinebatur enim certamine, quo minus proci ea potirentur. Mox *Graiae manus*, iuvenes proci. 31. *generi*, h. l. pro proco: vt saepe, vid. Burmann.

34. ex-

Regia non Semele, non Inachis Acrisione,
Inmitti exspectant fulmine, et imbre, Iouem
Cuius et ob raptum pulsi liquere Penates
Tarquinii patrios, filius atque pater;
Illo, quo primum dominatus Roma superbos
Mutauit placidis tempore Consulibus:
Multa, neque inmeritis, donauit praemia alum
Praemia Messalis maxima Poplicolis.
Nam quid ego inmensi memorem studia ista lab
Horrida quid durae tempora militiae?
Castra foro solitos, vrbi praeponere castra,
Tam procul hoc nato, tam procul hac patri
Inmoderata pati nunc frigora, nuncque calores
Stertere vel dura posse super silice?
Saepe trucem aduerso perlabi sidere Pontum?

S

34. *expectant*. Aduersatur hoc orationis decursui. Esse debebat *expectantes*. Nec *expectans* satis accommodatum. Itaque praefero Scaligeri emendationem *expertae*; vt sit: Semele et Danae, *expertae*, *Iouem fulmine et imbre immitti*, ἐνσκήπτεσθαι, *descendere*, *venire*.

35. *Cuius et ob*, h. et illa non prior fama est, cuius etc.

41. *Iam quid ego*, cum Burmanno legendum; qui comparat Tibull. IV, 1, 82 sq. Transit autem non tam ad Messalae, quam potius ad gentis Valeriae, inprimisque Messalarum, virtutes bellicas praedicandas.

44. Corruptus versus riae medelae apud Burn memorantur. *Tam proc nates* scil. solo, vel *Tam cul hinc* Scaliger, *Tam p agnatis* Salmasius, *Tam p a nato*, Francius con neuter satis commode. altero membro vterque: *procul a patria*. In p autem ne illud quidem faciat, si *Tam procul a nat* gamus. Forte scriptum *Tam procul*, *orbe alio*: *procul a patria*. *Orbe* dici vulgatum est: sic *diuersus*, *vltimus*, *longi* et al.

48. I

Saepe mare audendo vincere, ſaepe hiemem?
Saepe etiam denſos inmittere corpus in hoſtes;
Communem belli nec timuiſſe deum?
Nunc celeres Afros, perituraque millia gentis,
Aurea nunc rapidi flumina adire Tagi?
Nunc aliam ex alia bellando quaerere gentem?
Vincere et Oceani finibus vlterius?
Non noſtrum eſt, inquam, tantas adiungere laudes;
Quin auſim hoc etiam dicere, vix hominum eſt.
Ipſa, haec ipſa ferent rerum monumenta per orbem;
Ipſa ſibi egregium facta decus parient.
Nos ea, quae tecum finxerunt carmina diui,
Cynthius,

48. Legebatur: *Saepe audendo mare.* Cum Burmanno Broukhuſianam illam, facilem et obuiam, emendationem amplexus ſum: *Saepe mare audendo.* Cum ex vno tantum alteroue Codice, qui ſupereſt, prouenerint haec carmina, mirum non eſt, vitia vel manifeſta editiones conſtanter obſidere.

50. *Communem belli deum.* conf. Burmann. et ſup. Ciris v. 359.

51. *perituraque millia gentis.* Saltem appoſite legendum *p. millia, gentes.* Verum et hoc ſcabrum eſt. Sic quidem in Anthol. lib. I ep. 67 Memnon *Producit gentis millia tetra ſuae.* Oudendorp. coni. *perituraeque vltima gentis.* Amplecterer, quo libri ducunt (etiam mſ. Helmſtad. *periture m.*), *periurae;* ſed reliqua parum placent. Excidit, ſuſpicor, nomen gentis: v. c. *perituraque millia, Mauros* vel *Iberos.* Nam in bello inter Caeſarem et Pompeium Meſſala loca illa adiiſſe videtur.

55. *Non noſtrum eſt, vnquam* bene emendat Burm. *Non noſtrum tantas inquam eſt,* mſ. Helmſt.

57. *Ipſa, haec ipſa ferent,* ſcil. laudes illas; alias vna ex emendationibus ibidem allatis amplectenda: ſeu Salmaſii: *Ipſa haec. Se ipſa ferent,* ſeu Heinſii: *Ipſa haec,* vel *Sese haec ipſa ferent,* ſeu Oudendorpii: *Sed te haec ipſa ferent.*

59 — 61. Non vna haec laborant corruptela. Priora transpoſitione ſanare conatus eſt

60 Cynthius, et Musae, Bacchus, et Aglaie
*Si laudes adspirem, humili sed adire Camen
Si patrio Graios carmine adire sales
Possumus: optatis plus iam procedimus ipsis.
Hoc satis est, pingui nil mihi cum populo.

XII

IN POMPEIVM MAGNVM VEL IN MITHRIDATEM

Adspice, quem valido subnixum gloria regno
Altius et coeli sedibus extulerat,

Ten

est Burmannus. Equidem v. 60. 61 eiiciam. Sed sine libris frustra aliquid certae et exploratae opis expectatur. Apponam tantum varietatem lectionis ex Ald. pr. (et aliis vett., vt Ven. 1486) *Si laudem adspirem, humiles sed adire Sirenas.* Varie hoc tentant viri docti apud Burm. Docte, etsi vix vere, refinxit Scaliger: *Si laudem Ascrae humilis, si Doridas heroinas,* h. Hesiodum et μεγάλας ἠοίας. *adire* pro attingere. In ms. Helmst. legebatur: *Si laudem aspirarem, humilis sed audire cyrenae.*

XII

Disertum carmen, apertum planumque, sententiis verbisque grauibus. Anthol. Lat. lib. II, 123, p. 301. Sed, in quem scriptum illi liquido non constat. colligas, quae de magi viro, de fortunae fastig iecto, memorantur: in historia occurrit, tis ea conueniant. *Po Magnus* statim lectoris occurrit: in quo fortun cissitudo et inconstantia a poetis notari solet, Petron. 123, et multi grammatibus in Anthol lib. II, 25 sqq., sed in parum proprie dici pot lud, quod *e patria pu exilium* est. Dicendum tur, scriptum esse ca illo temporis interuallo Pharsalia fugatus Aegy petierat, necdum de caede constabat: alioqui to magis haec commem da veniebat. Quod

su

ratum hic bello magnum concusserat orbem;
Hic reges Asiae fregerat et populos.
graue seruitium tibi, iam tibi, Roma, ferebat;
Cetera namque viri cuspide conciderant;
i subito in medio rerum certamine praeceps
onruit, e patria pulsus in exilium.
deae numen; tali mortalia nutu
llax momento temporis hora dedit.

XIII AD

us regno, quod *seruitium* parasse dicitur, non male me habent. Al- in quem Scaliger quo- ncidit, *Mithridates* est, rex, in quem omnia ie conueniunt, praeter *e patria*; debebat enim s *e regno* pulsus in exi- dici. De Mithridate in- endum esse, nuper ite- pronuntiauit Ruhnken ad Vellei. II, 18, 3, sed todo is *e patria pulsus in* dici possit, non do- Argumentum addit e pro Murena 15 sumtum vnde etiam singulorum da sit explicatio. Sane eniter exponuntur res datis regis: sententia- oetae vestigia ac semi- n video. Ad *Alexan-* M. retulit Oudendor- vt e Burmann. disco: quod parum commode fieri videtur.

3. *Terrore hic belli* eleganter emendat Ruhnken. l. c. *hic b. Magnus* coni. Burmann., vt sit Pompeius. In v. 2 malim: *A. heu c.*

4. *fregerat, hic populos* Cod. Voss. et ed. Ven. apud Burmann.

5. *Hic graue f. iamiam tibi* Voss. Cod. apud eundem.

9. 10. Distichon viros doctos non videtur moratum esse; equidem non satis expedio. Quid enim est: *dare mortalia?* an pro *dedit* fuit *rapit? quatit?* Forte: *Tale deae numen: pessum mortalia nutu — dedit:* vt sit, pessum dare solet hora mortalia, Ruhnken. *Hora premit* legebat l. c.

XIII An-

XIII

AD ANTONIVM MVSAM

Quocumque ire ferunt variae nos tempora vitae,
Tangere quas terras, quosque videre homines:
Diſpeream, ſi te fuerit mihi carior alter.
Alter enim quis te dulcior eſſe poteſt?
Cui Venus ante alios, diui, diuumque ſorores,
Cuncta, neque indigno, Muſa, dedere bona;
Cuncta, quibus gaudet Phoebus, chorus ipſeque
Doctior o quis te, Muſa, fuiſſe poteſt? [Phoebi;
O quis te in terris loquitur iucundior vno?
Clio nam certe candida non loquitur.
Quare illud ſatis eſt, ſi te permittis amari;
Non, contra vt ſit amor mutuus inde mihi.

XIV

IN OCTAVII MORTEM

Quis deus, Octaui, te nobis abſtulit? an, quae
Dicunt, an, nimio pocula dura mero?
Vobis

XIII

Antonii Muſae, medici Auguſti, nomen non obſcurum eſt vel ex Sueton. Aug. 59. v. al. apud Burm., qui hoc poematium Anthol. Lat. inſeruit lib. II, ep. 124. Nunc ex hoc poemate, quod non alio, quam eo auctore, qui catalecta collegit, Virgilii eſſe fertur, hoc diſcimus, fuiſſe eum poetae amiciſſimum, omnibusque ingenii dotibus et artibus politiſſimum homi-nem. Inſunt carmini non-nulla admodum iciuna. Ad rhetorem Muſam, qui a Seneca in Controuerſiis aliquot locis memoratur, cum viro docto referre malim.

7. *Phoebi chorus ipſeque* Phoebus; refingebat Scalig. cum aliis.

10. *Clio tam certe* emendavit Caſaub.

XIV

Vid. in Anthol. Lat. lib. II. Ep. 65. Claudit hoc epigramma

s ſi culpa eſt bilis: ſua quemque ſequuntur
ra; quod inuenta crimen habent cyathi?
ta quidem tua nos multum mirabimur, et te
iptum, et Romanam flebimus hiſtoriam.
u nullus eris. Peruerſi, dicite, Manes,
unc ſupereſſe pati quae fuit inuidia?

ia agmen catalectorum,
Maroni vulgo tribuun-
Quis hic Octauius ſit,
ri, vo magis miratio-
cit, quod ſcripſis mul-
tarauiſſe et hiſtoriam Ro
a aggreſſus eſſe narra-
§. 6. Eum iuuenem an-
em inter pocula, cum
duiſſet, repente mor-
eſſe ita, vt de cauſſa
dubitatio eſſet, à poe-
imus, qui cauſſam in
diam à mero auertere
ab

pocula dura vix bene dicuntur; melius *dira* cum Oudendorpio, vel *diſſa* cum Heinſio legas.

3. *Vobis in culpa eſt bilis.* Laborat caput verſus. Cod. Voſſ. *Vobiſcum ſi eſt culpabi-il.* Heinſ. *Vobis ſic culpa eſt bilis* vel *Haud necis in culpa eſt bilis.* In promtu eſt multa comminiſci: *An magis in culpa eſt bilis?* vel *Feruida an in c. An tumida in c.*, ſed quis vllum praeſtet? Simplicitate ingenioſe ſe commendat Iacobs noſtri coni. *Morris ſi culpa eſt b.*

XV

P. VIRGILII MARONIS

Fragmenta ex Epiſtola, quam ad Auguſtum Caeſa
ſuper Aeneide ſua ſcripſit.

Ego vero frequentes a te literas accipio.
infra: De Aenea quidem meo, ſi, me Hercul
iam dignum auribus haberem tuis, libenter mi
rem. Sed tantum inchoata res eſt; vt paene v
mentis tantum opus ingreſſus mihi videar: c
praeſertim, vt ſcis, alia quoque ſtudia ad id op
multoque potiora, inpertiar.

P. VIRGILII MARONIS
C O P A

PROOEMIVM IN COPAM

Superiora carmina ex Heinſiana et Burmanniana recenſione repetiuimus. Ex caeteris Virgilio perperam vulgo tributis carminibus, quae Burmannus Secundus in Anthologia Latina nuper iterum excudenda curauit et multis eruditionis copiis illuſtrauit, duo adhuc ſubiungere placet, *Copam* et *Moretum*; quorum hoc prorſus ab eo praetermiſſum, illud interpretationis adhuc luce aliqua egere viſum eſt, dignum certe, quod hic repeteretur, cum ex elegantiſſimis poematiis ſit.

In *eam propolam* ſcriptum eſſe carmen vulgo aiunt. Ita vero omnis eius ſuauitas ſublata et ad veram interpretationem via praecluſa videri debet. Immo vero *inuitatio* eſt *ad compotationem et hilariter exigendum diem in taberna cauponaria*; cuius generis fuere olim plures, vt etiam nunc ſunt, extra vrbem, ad Tiberim et ad littus maris. Ad eas tabernas non modo ſordida et nautica plebs confluebat: verum erant etiam aliae, quas lautiores et elegantiores homines adirent.

Quod *Copa* carmen inſcriptum eſt, id a prima eius voce fluxit. *Copa*, *campa*, *cupa*, mulier eſt cauponia, vt copioſe Scaliger docuit. Nec tamen h. l. eam, quae cauponam ipſa exercet, intelligere neceſſe eſt, ſed ſimpliciter mulierem, quae in caupona vel taberna artem exercet. Eſt enim h. l. crotaliſtria, h. e. ſaltatrix cum crotalis, e gente

Syrorum, cuius generis fominae, tibicinae, citharistriae vel fidicinae, in his tabernis haberi solebant. Notae illae *Ambubaiarum* nomine sunt ex Horatio et Suetonio. Nec vero cum Scaligero de vetula cogitandum, quia mitrata esse narratur v. 1, cum etiam puellas et iuuenculas mitra, seu fascia ac diademate, comprehensam et inuolutam comam habuisse satis constet.

Carmen hoc Virgilio vulgo tribuunt codices, qui minora poematia continent, etiam Grammaticus is, qui Seruio in fronte Aeneidis suos attexuit pannos, tum grauior caeteris auctor Sosipater Carisius I Instit. Gramm. pag. 47 Putsch., vbi: *cupo, cuponis*, inquit, *vt fullo, fullonis, quamuis Virgilius librum suum Cupam inscripserit.* Vereor tamen, ne hoc ipsum serioris interpolatoris iudicium sit, a re et loco satis alienum. Prisciani ab aliis auctoritatem perperam laudari, Burmannus docuit l. c. Nuper doctiss. vir, Wernsdorf, hoc ipsum carmen repetiit in Poet. minor. T. II ad calcem Septimii Sereni fragmentorum, quem huius ipsius carminis auctorem esse malit. Adeant eum, qui plura ad illustranda verba carminis desiderant.

Caeterum elegi hi non modo orationis Romanae elegantia sed etiam toto carminis habitu cultuque non vulgares sunt nec contemnendi poetae lusus. Etsi enim, maiore ex parte, earum rerum, quae ad hilaritatem inuitare possunt, enumeratione absoluuntur: res tamen sunt iucundae et ad animum sensumque gratae. Auctumnali autem die institutam compotationem cogitare necesse est, cf. v. 11.

P. VIR-

...um sub crotalo docta mouere latus — Copa 2.

P. VIRGILII MARONIS

O P A

...opa Syrisca, caput Graia redimita mitella,
Crispum sub crotalo docta mouere latus,
Ebria

...*Syrisca*. Scaliger com... *Syriscum* Martiali et ...lio dictum, et *Threiscum* ...*cor* apud Iulium Capi...m. Alia memorat Sal...ad e. l. Sed nullum ...plum ex meliore aeuo ...m vidi; nisi quod ex ...nella succurrit lib. X, ...vbi ficum *Scissam Li*... constanter libri te...nent. Attamen et ibi *Libyssam* vnice verum iudicabat Gesnerus. Nec h. l. aliter legendum arbitror quam: *Copa Syrissa*, vt Threissa, Cilissa et al. Nulla autem alia huius et seqq. sententia est, quam haec: omnia in taberna instructa esse ad diem hilariter et suauiter exigendum. Ecce iam saltat cro-

 talistria,

Ebria fumosa saltat lasciua taberna,
Ad cubitum raucos excutiens calamos.
Quid iuuat aestiuo defessum puluere abesse,

Q

talistria, et sic porro. *Caupona Syra* e Lucilio apud Priscian. VI, pag. 684 occurrit. *Graia redimita mitella*: fuit ergo Graecanici alicuius ritus ornamentum hoc. Talem crotalistriam mitratam in monumentis passim videre memini; vnum et alterum exemplum est in picturis Herculanensibus. Nec diversi generis sunt tibicinae, fidicinae, psaltriae. Horat. I Epp. 14. 25 *meretrix tibicina, cuius Ad strepitum salias terrae grauis*: ad villicum.

3. *famosa taberna*. In promtu est coniicere *fumosa*; nec parum mihi arridere fateor; sic quoque ms. Helmstad. exhibuisse video. Praefert tamen Burmann. vulgatum: melius enim conuenire illud crotalistriae lasciuae et infami.

4. Crotalistria describitur. *Calami* sunt ipsa crotala, h. virgulae, alias aereae, sed nunc ex arundine scissa, quas illa inter saltandum concutit cum manus gesticulatione: qua, dum virgularum, quas medias digitis tenet, pars inferior versus brachia com-

ploditur, *ad cubitum ex calamos* h. l. dicitur.

5. Non Copae v quod vulgo credi v haec sunt: sed poetae pergit in eo, quod orsu *aestiuo defessum puluere* accipiendum erit, di pro: aestiuo puluere, re, defatigari. Ad exe tionem campestrem re vnice Scaliger. Malin peregrinationem, mer rae studium, et similia re ro abesse; fere vt bull. I. 1 *Nec semper longa ditus esse viae*, vbi ex ariolari possis: *Nec s longa fessus abesse via*. T vt nunc interpungitur, telligendum est: *Quid vat* — *abesse potius* Nisi placet cum Barthi stinguere: *Quid iuuat* — *est*? *Quam potius*, — scil. iuuat, *bibulum* vocat, Scaliger ait, in plurimum biberetur, rum vero hoc. Accipi cespite vel gramine in areuoso. Poterat alio theto ornare: vt *frag teneruum, siccum*, cespiter cunt alii poetae; Nunc maluit, nec inscite.

7. (

Quam potius bibulo decubuisse toro?
Sunt cupae, calices, cyathi, rosa, tibia, chordae;
Et trichila vmbriferis frigida arundinibus.
Est et Maenalio quae garrit dulce sub antro,
Rustica pastoris fistula more sonans.
Est et vappa, cado nuper diffusa picato.
Est strepitans rauco murmure riuus aquae,
Sunt etiam croceo violae de flore corollae;

Sentaque

7. *Cupae* vel *Cuppae* sunt in cella vinaria vasa maiora. At lectionis varietas viris doctis emendandi facultatem attulit. Scaliger legit: *Sunt tepia et calybae*; quae calicum genera sunt. Heinsius autem: *Sunt ebba et calices*. Cui accuratius haec cognoscere libet, ei adeundi sunt Iupp. ad h. l.

8. *Trichila* vel *trichilum* pergula est ex vitibus aliaue arbore pedamentis et iugis firmata, implicitis frondibus concamerata vel arcuata ad vmbram faciendam, notiore voce *hypampelos* dicta. v. Viros doctos ad h. l. et Columell. X, 378. Similem compotationem sub vmbraculo describi in Propert. IV, 8, 35 sqq. notauit Burmannus. Male in *triclinia* inciderunt nonnulli; etsi sic quoque Pompon. Sab. *triclina* pro triclinia. Etiam ms. Helmstad. *triclina vmbrosis*.

9. *Est et Maenalio* alii, et recte, *sonat*.

10. *pastoris more*; immo, *in ore*.

11. *defusa* duo codd., et id malunt viri docti; nam agitur de vino e cado, maiore vase, in minus defuso.

12. *Et strepitans* legendum cum al. codd. *strepitans* in *crepitans*, *inepidans*, mutant viri docti, idem hoc in illud mutaturi, si alterum reperissent; huiusmodi correctiones dudum ex re critica sublatae et explosae esse debebant; sunt enim nec magis ingeniosae quam non fructuosae.

13. *Sunt et Cecropio iunctae de flore corollae* tres codd. Vnde Burmann. elegantes coniicit: *Corycio iunctae de flore*, vel *Corycioque croco violae de flore corollae*.

Sertaque purpurea lutea mista rosa;
Et quae virgineo libata Achelois ab amne
Lilia vimineis adtulit in calathis.
Sunt et caseoli, quos iuncea fiscina siccat.
Sunt autumnali cerea pruna die;
Castaneaeque nuces, et suaue rubentia mala.
Est hic munda Ceres; est Amor; est Bromius.
Sunt et mora cruenta, et lentis vua racemis.
Est pendens iunco caeruleus cucumis.
Est tugurI custos armatus falce saligna;
Sed non et vasto est inguine terribilis.
Huc Alibida veni: fessus iam sudat asellus:

Parce

15. Ecl. II, 46 sqq. Nymphae et Naiades formoso puero flores ferunt; sic h. l. Nympha Achelois, h. fontana, amnicola, vt vnam ex Naiadibus significet. *Acheloum* de aqua dici poetis non infrequens. *libata ab amne*, humefacta, viola in ripa florens, quam adeo alluit vnda. Miror Heinsii acumen: *libata ab ore* legentis. *virgineum amnem* suauiter dixit purum, pellucidum. Nec ad Virginem aquam, quae Romae fuit, recurram.

17. *scirpea* Leid. et ed. Iunt., et *sirpea fiscina* Ald., doctius vtique; vt *iuncea* pro interpretamento sit.

22. *Et pendens* melius alii; et porro ms. Helmstad. *Et pendet*. Tum *iunco* pendet cucumis, quo alligatur stipiti, vel pedatur.

23. *Et tugurI* etiam h. l. alii melius. Sed totum distichon alienum ab h. l. et aliunde illatum: quod ordo sententiarum et loci ratio satis docet.

25. *Huc Alibida veni*. Silenum interpretabantur: qui tamen a loco et re alienus esse videtur, quando quidem hic in vera vita versatur poeta. *Asinida* pro asiniuchida ex Plauto huc inferre voluere, Heins. Scalig. et Gesner. de Silenis Tom. IV Commentatt. pag. 45. Turnebi (Aduerss. XIII, 22) lectio: *Huc ad liba veni*, facilitate se commendat; sed parum ad sensum

ce illi; veſtrum delicium eſt aſinus.
cantu crebro rumpunt arbuſta cicadae.
nc etiam in gelida ſede lacerta latet.
is, aeſtiuo recubans te prodne vino;
u vis cryſtallo ferre nouos calices.
ge pampinea feſſus requieſce ſub vmbra;
grauidum roſeo necte caput ſtrophio;

Candida

facit. *Calybita* e
quibus Helmſtad. ad-
n probarunt Salmaſius,
dendus ad Hiſt. Aug.
, et alii; intelligentes
matris deum vel deae
ſacra circumuehen-
nunc eundem eſſe puta
m, qui adeo plebecu-
aeſtigiis ſuis tripudiis-
ter cymbalorum tym-
mque ſtrepitum deleo-
Apulei. lib. VII. Oc-
t et hi homines paſſim
glyphis antiquis: v. c,
Caueil T. I, tab. 29.
, *vaïsnes*, templum
crarium dene ſimula-
recipiens. Porro au-
gend. *venit*: quod et
vnus offert. Etiam
huc venit, aſello ſuo
is. Tum ſuauiter ſub-
illud: *Parce illi* etc.
Feſtae delicium, Il. Voſ-
gantiſſimam coniectu-
mplectitur quoque Bur-
cf. Ouid. Faſt. VI, 319
Veſtam et Cybelen per-
, in eodem loco ob-
eſſ. Nec abſurde ta-
men Gallorum delicium ha-
betur aſinus, cum tacita li-
bidinis exprobratione. Lau-
dant Intpp. commode Phaedr.
III, 20, 8.

28. *Nunc vere*, vel *vero*,
in libb., vnde Heinſ. coni.
*Nunc verna in gelida ſepe la-
certa latet*. Burmann. vero
Nunc viridis gelida ſepe l. l.
Immo lege: *Nunc varia in g. l.*
et hoc nunc video diſerte ex-
hibere mſ. Helmſtad.

29. Vt multa alia in h. l.
e Propertio petita eſſe, do-
ceo viri docti. ſic hoc, ex
lib. IV, 8, 37 *Lygdamus ad
cyathos, vitioque aeſtiua fu-
pellex*. Mox *Seu vis ferre*
pro, ſeu mauis afferre; ad-
hibere: niſi vlcus latet: *Seu
vis, cryſtallo verte nouos cali-
ces*. Notum ex Marone: *In-
dulgent vino et vertunt crate-
ras aheno*. In mſ. Helmſtad.
criſtalli.

32. *ſtrophium* pro vitta ſeu
faſcia, cui innectuntur flores,
adeoque pro ſerto.

33. *decor-*

Candida formoſae decerpes ora puellae.
Ah! pereat, cui ſint priſca ſupercilia!
Quid cineri ingrato ſeruas bene olentia ſerta?
Anne coronato vis lapide iſta legi?
Pone merum et talos. Pereant, qui craſtina curant.
Mors aurem vellens: viuite, ait, venio.

33. *decerpens* duo codd., ſicque Helmſtad. mſ. *Formoſum teneræ decerpens*; alii cum edd. aut. *Formoſus teneræ decerpes*: hoc reuocauit Wernsdorf.

34. *priſca*, qualia fuere priſcorum hominum, ſeuera, triſtia, adducta, vt adeo bene lectionem hanc tueatur Burmann. aduerſus virorum doctorum commenta, et Leidenſis codicis lectionem *criſpa* ſ. Mſ. Helmſtad. *Ah pereat quibus haec priſca ſ.*

35. *cineri ingrato* ex Ae VI, 212, cui nullus rei ſe ſus eſt.

36. *legi* iam emendaru et ediderant viri docti, p *legi*. Lapis ſepulcralis cor uis ornatus nota res eſt. eo legi ſerta, ſane parum o portunum: Magis tamen illa *lapidi* legantur, vt ſit d tinus cui.

P. VIR

P. VIRGILII MARONIS
MORETVM

PROOEMIVM
IN MORETVM

Eſt hoc ex eo carminum genere, cuius nobis non adeo multa ex antiquitate exempla relicta ſunt: argumento ſcilicet ex vita priuata et tenui hominum humili loco natorum petito. Licet id ad bucolicum genus referre aut pro Idyllio habere, quandoquidem eo nomine vnum et alterum apud Theocritum habetur. Faciunt viri docti carminis ſummam, *moretum*, h. edulii ruſtici genus, ex allio, apio, ruta, coriandro, bulbo, additis caſeo, oleo et aceto, comparatum, quod Simulus conficit. Nec male ea res, arbitror, Idyllii huiusmodi argumentum conſtituat: repraeſentata oculis animisque particula aliqua vitae ruſticae. Sed, quantum equidem aſſequor, latius patet Idyllii argumentum. Deſcribitur enim omnino *prima diei pars*, et *quae diluculo vel mane gerantur a ruſtico*, antequam ad opus ruſticum procedat. Surgit mane Simulus, qui conductum agrum arare videtur, cum Cybale, Afra genere, ſorte libertina, et primo loco ea parat, quibus per diem illum vitam toleret, h. e. famem expleat. Igitur panem coquit, quod a v. 17 ad 52 procedit, inde, vt habeat, quo pro obſonio vtatur, moretum ſibi parat, h. edulium acribus herbis oleo aceteque confectum, quo ſtomachum vellicet.

vellicet. Itaque malim dicere *deſcribi hoc carmine primam diei partem vitae ruſticae.* Suſpicor autem aut fragmentum nos tantum habere maioris carminis, quo totum opus diurnum exponebatur: nam ſub f. in agrum ad arandum procedit Simulus; aut ſucceſſiſſe plura Idyllia, quae caeteras ruſtici operis partes exequerentur. Sufficit Idyllium hoc eſſe ex elegantiſſimis, quod maiori eclogarum Virgilianarum parti praeferam, in quibus ſententiae ex Theocrito mutuatae annumerantur. Niſi forte huius poematii auctor et ipſe e Graecis ſua accepit. Certe Voſſius in lib. de poetis Gr. prodidit, in cod. Ambroſ. Moreto Virgilii eſſe adſcripta verba: *Parthenius Moretum ſcripſit in Graeco, quem Virgilius imitatur eſt.* Quae res non adeo improbabilis videri debet, cum poetae ante et ſub Auguſteo ſaeculo in Graecis vertendis tantum ſtudium conſumſerint. Quod ſi itaque a Maroniana oratione, quam in Bucolicis tenemus, aliena eſt indoles Moreti, niſi alia ſint, quae ad alium auctorem nos vocant, hoc per ſe mirationem non facit, ſi quidem ex Graeco tantum conuerſa haec ſunt. Verſatur autem poeta in eo poetices genere, quod ad animos tenendos omnium minime accommodatum eſſe, nuper viri docti contenderunt. Quod recte ſe iudicium habere nullus dubito, ſi in orbe rerum vulgari aut in ſordibus vitae, iisque rebus, quarum adſpectus nauſeam facit, deſcriptio verſetur; aut ſi expectatione eius, quid ex ſigillatim deſcriptis rebus prouenturum ſit, animus non erigatur, aut ſi omnino arte et ingenio careat. Virgilio carmen hoc tribuunt eſſe

iam

iam antiquitus, ex eo conſtat, quod in Vita Virgilii illud commemoratur: etſi, cum tot ſeriorum hominum nugis illa interpolata ſit, quid veteres Grammatici iudicauerint, difficulter inde eruitur. *A. Septimio Sereno*, poetae Faliſco, de quo qui ſcripſerint recenſuit Burmann. ad Anthol. Lat. lib. I ep. 27 adſcribendum eſſe ſuſpicabatur Scaliger, tum Barthius Aduerſ. XXXV, 8 et al. loc., quia opuſcula ille ruſtica (et haec vnica cauſſa affertur) compoſuiſſe dicitur: nuper autem doctiſſimus editor Poetarum minorum Wernsdorfius T. II ſine haeſitatione Sereno carmen hoc vindicauit, tamquam partem priorem *Opuſculorum ruralium:* etſi haec lyrico carmine variis metris exarata fuiſſe memorantur; potuit enim praemitti carmen hoc hexametrum. Ita ad Veſpaſiani tempora illud reiicitur. Monitum illud quoque a viris doctis eſt, ſcriptum iam olim a *Suetuio* fuiſſe Idyllium Moretum, ex quo verſiculos profert Macrob. II Sat. 14, ſed admodum horridos, ſi cum noſtro Moreto contendas.

Lectionem in antiquis edd. fere eodem modo corruptam vidi: etſi minus foedatum et interpolatum opus ad nos peruenit, quam caetera. Primum inſtitutam recenſionem nouam deprehendi in Aldina 1517 Catalectorum: ea fundamentum facta correctioribus editionibus; ſucceſſere tamen aliae antiquam lectionem retinentes, etiam Scaligerana. Quandoquidem in hoc poematio non habebamus exemplar, quod ex condicto ſequi neceſſe eſſet; in Heinſianis enim et Burmannianis non extat; liberum nobis relictum duximus, vt lectionem ipſi conſtitueremus, Aldina et Scaligerana emendatione

pro fundo posita. Non erant ad manus editiones binae, quibus Moretum figillatim prodiit, Colinaeana 1542, 8, cum Io. Ruellii scholiis, et Francofurtensis 1626, cum Taubmanni commentario; aliam cum notis Weitzii ad calcem Copae Francof. 1642, 8. inspexi. Sed nec erat, quod multa inde sperari possent, quae non aliunde suppeterent, inprimis ex Barthio, qui in Aduersar. XXXV, 8. IX, 16, nonnulla loca attigit. Post priorem meam editionem retractauit hoc carmen et docto commentario expoliuit Wernsdorf. in Poet. min. Tom. II.

Moretum. Multa de etymo nominis comminiscuntur viri docti. Scaliger a μυστὸν, μυττωτὸν, quod tritum, τρίμμα, est, ducit. Alii aliunde (cf. nunc Wernsdorf. l. c. p. 256). Nos illud monere satis habebimus, occurrere vocem apud Ouid. Fast. IV, 365. Fuit quoque exquisitior eius conficiendi ratio alia, quam apud Columell. XII, 57 videre licet. Laudant quoque Apicium viri docti lib. I, cap. 35.



Λάμπον καὶ Φαέθοντ', οἵτ' ἠῶ πῶλοι ἄγουσι. Cass. v. 246.

P. VIRGILII MARONIS
MORETVM

am nox hibernas bis quinque peregerat horas,
Excubitorque diem cantu praedixerat ales:
nulus exigui cultor quum rusticus agri,
istia venturae metuens ieiunia lucis,

Membra

2 *cantu praeuenerat* vna vetus membrana Scaligeri. Vnde bene icatur Iacobs fuisse *praeuerterat*. 3 *Simylus* vett. ed. Ven. Sed no Simulus deductum nomen vernae impositum. *Similus* vide- Heins. probare ad Fast. III, 754, et ap. Auson. Epigr. 85 ex Graeco φὶς ὁ σιμὸς *simius* emendatur *Similus*. *exigui c. e. r. horti* vulgo in ., etiam in veteribus, legitur. Sed *agri* recte Ald., idemque ex membrana praeferebat Scaliger. Nam hortulus; de quo infra gitur, tantum tuguriolo erat adiunctus: ipse, colonus pauper, agellum conduxerat: cf. fin. carm.

. Gallum gallinaceum or- t passim poetae, et notum illud Prudentii: *Ales diei tius*, vbi plura dant Intpp.

4. Docte: ne diem impastus exigeret, ne sine pane esset.

7. *laesae:*

Membra leuat ſenſim, vili demiſſa grabato,
Sollicitaque manu tenebras explorat inertes,
Veſtigatque focum; laeſus quem denique ſenſit.
Paruulus exuſto remanebat ſtipite fumus,
Et cinis obductae celabat lumina prunae.
Admouet his pronam, ſubmiſſa fronte, lucernam,
Et producit acu ſtupas humore carentes,
Excitat et crebris languentem flatibus ignem.
Tandem concepto tenebrae fulgore recedunt;
Oppoſitaque manu lumen defendit ab aura,
Et referat clauſa, quae praeuidet, oſtia claui.

Fuſt

5 *ſenſim vili.* Ita primum Ald., cum antea eſſet: *vili ſenſim d miſſa:* minus commode. Scriptum tamen vel ſic malim: *Senſ membra leuat vili d. g.* Non enim lentitudinem hominis ruſtici tan et inuite ſe leuantis exprimi his numeris dicam. 6 *tenebras — ine tes.* In promtu eſt ſuſpicari *inanes* ſcriptum fuiſſe, vt *aer inanis, v enus.* Heinſ. coni. *Inertem V. focum.* Verum *iners* non modo eſt, qu nec mouetur, nec mouet, verum etiam id, quod motum difficile reddit; et poeta ad tenebras tranſtulit epitheton commune noctis, fi goris, ſomni. *Nox iners*, qua nullum animans ſe mouet: hinc t nebrae noctis inertes. 7 *ſentit* mſ. Helmſt. 8 *exuſto remanebat ſ pite fumus.* Nihil verius, nec ad naturam rei accommodatius: pr dit enim fumus tenuis fauillam occultam. Nec minus tamen elega ter coni. Scaliger: *e. v. ſtipite fomes.* In idem inciderat Heinſ.; parum feliciter Barthius Aduerſ. XXXV, 8 *exuſto emanabat.* 10 *A mouet is* mſ. Helmſt. 11 *acus* alios legere Aſcenſ. notat. Scalig vir ſummus, nimium procliuis in antiquata et κατὰ γλῶσσαν di *acu* accipit: *in acum* producit ſtupas: acus enim, inquit, nomi vel *aciae* intelligitur, quicquid ex lino aut lana aut ſtupa ſimilibus carpebatur, vt linamenta, καὶ μοτάρια καὶ τιλτὰ chirurgorum. vir doctus ad acum transfert, quod de acia, nec ſatis accurate t didit. Atqui illud omnis anus facere ſolet, vt ſtupam fungo ob ſam acu producat, lucernam flammae admotura. 12 *crebris — fla bus.* Male Norimb. *fauſibus.* 13 *Tandem vt c.* em. Heinſ., vix be 15 *Et referat clauſa, quae praeuidet, oſtia claui.* Haec vulgata lect inde ab Aldina: nam in antiquioribus *clauis.* In membrana Pith Scaliger inuenerat: *Et referat clauu, quae peruidet, oſtia clauis*, et

ali

7. *laeſus*: ſuauiter; offenſa manu ad focum, vel cinere aduſta.

10. 11. Lucernam olearem cogitare neceſſe eſt; eam admouet inclinato capite, ſub miſſa fronte. At Barthiu XXXV, 8 *frontem lucernae* in terpretatur.

18. XVI libra

erat terra frumenti pauper aceruus;
i depromit, quantum mensura patebat,
s in octonas excurrit pondere libras.
t, adsistitque molae; paruaque tabella,
xam paries illos seruabat in vsus,
fida locat; geminos tunc veste lacertos
et, cinctus villosae tergore caprae,
Praeuerrit

clausae, qua peruidet, ostia, clauis. Hinc varia molitur vir
: modo, vt clauem clausam interpretetur occultam, quae
at, modo vt legat: *Et reserat calae*, h. μόχλη, vectis, vel
ι — vt *ostia clauis* vocet τὴν ἐπὴν, vbi inseritur clauis,
ι: *Et r. clausae, qua peruidet, ostia clauis*: τὴν ἐπὴν τοῦ
κλήθρου. Nam *qua peruidet* etiam in tertia membrana
iderat; et *prouidet* vel *peruidet* etiam ms. Koeler. Omnia
uita Minerua profecta, vt non minus illud, quod Salmas.
ι. p. 656. D. propinat: *Et r. casulae, qua praeuidet, ostia*
clausa — claui latet error, quem facile deprehendas, cum
locus, quem foribus reseratis aditurus est, quique pro
at. Ea autem haud dubie est cella granaria casulae ad-
tur expedita lectio esse videtur: *clausae — ostia cellae.* Hoc
uoque vidit Aduers. XXXV, 8, qui coni. *Et reserat cellae,*
let, ostia claui. Sed quae in medio posita sunt, *quae prae-*
fine libris sanari possunt: vagatur enim omnis coniectura.
eniose tentat: *Et reserat caueae sua prouidus ostia claui.*
tt. edd. Scalig. Aldina vero *terrae* intulit; vtrumque de-
st. 17 *quantum mensura patebat* eadem Aldina recepit.
men, vel Scaligero inuito, veterem doctioremque lectio-
ι. *patebat*, adeoque capiebat, ἐχώρει: erat enim mensura
um. Praefert hoc Barth. quoque Aduers. XXXV, 8 et
i ablegat ad Lucanum. 18 *octauas* vett. edd., ex vitio *octa-*
urrit. Porro Scaliger in vno libro inuenerat: *Quae bifido,*
efingebat: *Quae bifido octonis excurrit pondere libris.* Po-
n sine vlteriore mutatione constare versus: *Quae bifido octo-*
lt pondere libras, h. excedit. Sed ludibrium corruptelae
esse arbitror. 21 *L. ficta* vel *fida* ms. Koeler. 22 *villosae*
orae vett. edd. est lectio; nec mala: nisi doctiorem prodi-
ina: *tergore*, quam Scaliger quoque in scriptis inuenit.
Agitur autem de rhenone ex pelle caprina.

/I libras pondo fru-
ıensura capit: ergo
ıtem quoque vnum
n diem fami prospi-
ım demensum diur-
quod seruis Romae
praebebatur, trium fere libra-
rum erat, vt Opusc. T. I, p. 251
ex Catone de R. R. 56 docui.
Sibi autem et seruulae Cyba-
lae simul victum parare pu-
tandus est Simulus.

Praeuerrit cauda ſilices gremiumque molarum.
Aduocat inde manus operi, partitus vtrinque:
Laeua miniſterio, dextra eſt intenta labori;
Haec rotat aſſiduis gyris et concitat orbem.
Tunſa Ceres rapido ſilicum decurrit ab ictu.

Interdum

23 *Peruerrit* et *Peruerrit* vett. edd. Alterum *Praeuerrit* Aldina dedit. Tum *Peruertit caudaque canum gremiumque m.* Norimb. Koberg. et Aſcenſ. cum Iunt. aliisque, ex interpretatione, ſuſpicor, in margine appoſita. *ſilices*, molares intellige, nam duo ſunt lapides ſibi impoſiti. *gremium molarum* pro interiore parte. Inſolenter dictum cenſebat Heinſ. ad Ouid. III Am. 13, 24, et emendabat *gremioque molares*. Vt ſit *gremio*, caprae tergore, quo einctus erat. Sic *togae gremium* Florum dixiſſe. Non magis hoc placet. Forte fuit: *geminumque molarum*. v. Not. 24 *Aduocat inde operi*. Dubia ſcripturae. Sic enim vett. edd. et ſcripti Scaligeri: et videri poteſt doctius, quam quod Aldina inuexit: *Admouet inde operi*. Hoc tamen vocabulum ſui proprium, et facile deflecti potuit in alterum. In fine verſus vulgo legitur: *partitus vtramque*: quod Latine vix dici poſſe Scaliger quoque notauit: *partim vtramque manum*. Nec ſuauiter puto dictum eſſe *Admouet operi manus, partitus, vtramque*, vt *manus vtramque* iungas. Ipſe e mſſ. profert *partitus vtrique*, ſcil. manui opus: malim *partitus vtrinque*, ſcil. opus, vt ab vtraque manu tractaretur; et obtulit hoc idem mſ. Koeler. 26 *aſſiduum — orbem* manuſcripta lectio apud Scaligerum, quae concinnior ipſi videtur. Verum hoc, ſed ſic *gyris* nullo epitheto adornatum minus placet. *et concutit orbem* mſ. Helmſt. et Koeler. Sed orbis haud dubie molaris eſt ſuperior, qui circumagitur et concitatur, non autem concutitur. 27 *Tunſa Ceres* cum Aldina ſcripſi: ait quoque Scaliger ſcriptam lectionem habere: *Tuſa Ceres*. Vulgo: *Trita Ceres*. Mox eidem Aldinae debeo ordinem: *rapido ſilicum*: cum vulgatus ſit: *ſilicum rapido*, minus iucunde. Tandem *actu* proprium, arbitror, effet voeabulum; nam agitur mola, circumagitur; quod etiam Scaliger maluit, ſed vt ἀγὼν interpretaretur, quod longe petitum. *ictus*, quod de omni impulſu dicitur, de attritu accipiendum.

23. *cauda*, peniculo, quo ad verrendas menſas et alia vtebantur veteres. Docuit ad h. l. Scaliger. Deſcribit autem hinc poeta molam manuariam, truſatilem ſeu verſatilem, binis ſaxis aſperis ſibi ita impoſitis, vt inferiore manente immobili ſuperius, quod v. 26 *orbem* appellat, circumactum attritu grana frangeret. *miniſterium laenae* in congerendis et infundendis granis conſiſtere videtur. Tum *Tunſa Ceres rapido ſilicum decurrit ab ictu*, v. 27, grana tunſa adeoque farinam in ſubiectum vas, quod eam excipit, decidere ſignificat.

26. *orbem*, lapidem molarem.

32. Qui

lum feſſae ſuccedit laeua ſorori,
natque vices. Modo ruſtica carmina cantat,
ſtique ſuum ſolatur voce laborem.
dum clamat Cybalen: erat vnica cuſtos,
genus, tota patriam teſtante figura,
a comam, labroque tumens, et fuſca colorem;
ore lata, iacens mammis, conpreſſior aluo,
ibus exilis, ſpatioſa prodiga planta;
Continuis

9 *Deiu v. c.* mſ. Koeler. *Dubius* mſ. Helmſt. 31 *Interdum:* ita edd., vt ſomnolentam puellam non ſtatim grabato leuatam euo- praeſertque hoc Scaliger quoque cum Drakenb. ad Silium VI, Aldina: *Interea* intulit. Tum *Cybalen*, *haec erat* vett. edd., ſed Norimb. *Cybalem* (Aſcenſ. autem eum ſua ſecta *Cybalen, erat*, edd. inde ab Aldina *Cybale: haec erat* correxerunt. Vitium dubie in *inſerto haec* latebat; itaque emendaui: *Cybalen: erat*. Porro *Scybalen* ſemper habebat vetus ſcriptura Scaligeri, vt no- ridicule formatum eſſet ναρὰ τὸν σκυβάλων. *Scybalen: erat* Gronou. Obſſ. I, 16 maluiſſe video. In mſ. Helmſt. erat *Thy-* 32 *tota figura*, toto corpore. Scaliger tamen *toſta f.* malit; tum ad vultum eiusque colorem vox. *figura* ſpectet. 34 *Pectora, iacens mammis.* Rotundiorem orationem ex Aldina et mſ. dedimus, pro vulgari: *Pectora lata iacent mammis.* Alie- ſſet, quod an vett. edd. habeant dubito: *tument mammis.* In fine *compreſſior aluus* Aſcenſ. 35 *ſpatioſam prodigam plantam* leg.

Qui ſequitur, praecla- ſt locus de habitu eor- m Afrorum: qui idem bus eſt qualem nunc cer- s: vt, naturam ſibi per a ſaecula conſtare, du- e non liceat. Similis mii locus c. 102, quem riri docti excitarunt, ad Africae tractus ſpectat, e ſeruis ex Aethiopia ſimilibus iis, quos Ne- appellamus: *Atramento uternus colores a capillis ad ungues. Ita tanquam ſenui Aethiopes — age num- quid et labra poſſumus tumore teterrimo implere? numquid et crines calamiſtro inuertere? numquid et frontes cicatricibus ſcindere? numquid et crura in orbem pandere? numquid et talos ad terram deducere? numquid barbam peregrina ra- tione figurare?* Propria haec hominum fuiſſe videntur. Alia loca a Iunio de pictura III, 8, 4 et Fea ad Winkel- mann. Tom. I, p. 65 ſunt congeſta.

Continuis rimis calcanea ſciſſa rigebant.
Hanc vocat, atque arſura focis inponere ligna
Imperat, et flamma gelidos adolere liquores.
Poſtquam inpleuit opus iuſſum verſatile finem:
Transfert inde manu fuſas in cribra farinas
Et quatit. At remanent ſummo purgamina dorſo
Subſidit ſincera foraminibusque liquatur
Emundata Ceres. Laeui tum protinus illam
Conponit tabula, et tepidas ſuper ingerit vndas.
Contrahit admiſtos nunc fontes atque farinas;
Transuer

39 *Poſtquam inpleuit opus iuſtum verſatile finem.* Ita dedimus Aldina; opus verſatile impleſſe iuſtum finem bene dicitur. Scali membranas melius habere putabat: *Poſtquam impleuit opus iuſto ſatile fine.* Ita ipſe Simulus impleuit opus. In antiquioribus e truncatus et interpolatus erat verſus: *Sed poſtquam impleuit inſ verſatile finem.* 40 *Transfert inde manu.* Ex veteri membra *Transfert illa manu* legere iubet Scaliger: aliter enim neſcio q *ὑπερβάτως* relinqui. Hoc equidem non expiſcari poſſum. Sed lud video, Cybales partes in ſubigenda farina eſſe nullas: nam interea aquam calefacit, mox furnum mundat v. 50; adeoque *illa* a num eſt a re et loco; pro *fuſas* ſuſpicari licet *tuſas*: ſic et lac 41 *Decutit*, ſed ſine libro, corrigit Scaliger; me inuito. Etſi e farinam inter molendum bene *decuti* dici arbitror: id tamen in ſe demum ſcribitur: nunc in cribro quatitur tantum tuſa farina. *At remanent* vett. edd. *Et remanent* Aldina. Languet oratio, *At* refingas. 42 *foraminibusque colatur*, pro *liquatur*, nonnullos giſſe Aſcenſ. monet. 43 *Emundata Ceres* Aſcenſ. Norimb. et Iam in Copa 20 *munda Ceres*. 45 *tum* in vulgg. importunum idem voc. v. 43 in *nunc*, vel *iam* mutandum erat. *nunc* Scal quo

36. Etiam fiſſuras has et ſciſſuras cutis in pedibus eſſe Aethiopibus proprias in tanto ſolis calore aerisque ficitate et endemias, ex Blumenbachio coniunct. didici in lib. de generis humani varietate p. 96, vbi Hier. Mercurialis teſtis excitatur de decoratione c. 17.

39. *opus verſatile*: quod verſanda mola abſoluitur. I cribratione opus eſſe demus: adeoque cilici cribrandae farinae idone non erat his molis manua attextum. Porro *liqua* eleganter transfertur a lic dis ad farinam quaſi liqu do mundatam.

45. Repraeſentanda hic animo piſtoria opera in fi

ge

Transuerſat durata manu, liquidoque coacto
Interdum grumos ſpargit ſale. Iamque ſubactum
Laeuat opus, palmisque ſuum dilatat in orbem,
Et notat, inpreſſis aequo diſcrimine quadris.
Infert inde foco: Cybale mundauerat aptum
Ante locum: teſtisque tegit; ſuper aggerat ignes.
Dumque ſuas peragit Vulcanus teſtaque partes:
Simulus interea vacua non ceſſat in hora;
Verum aliam ſibi quaerit opem; neu ſola palato

Sit

quoque emendabat. *admixtas tum fontes* vett. edd., quod correxere alii, vt ed. Norimb. et Aſcenſ. *admixtas tum frondes*, alii, vt Aldina, *admixtos tum fontes*. Tum interpungitur vulgo poſt *fontes*, parum commode. Nam fontes et farinas Simulus cogit ac contrahit in vnum globum, vt mox iterum manu iniecta digerat. Totus vſ. 45 a mſ. Koeler. aberat. 46 *Transuerſat durata manu*. Scaliger emendat: *Transuerſa durata manu liquidoque coacto*; vt transuerſa manu contrahat *fontes atque farinas, durata*. Quam dure! Feram itaque vulgatam, ſed emendata interpunctione: *Transuerſat durata manu*: ea, quae induruere cogendo, transuerſim iterum manu ſubigit. Coniicio tamen ſcriptum fuiſſe: *Transuerſat duratque manu*. Barthium quoque coniectaſſe video: *Transuerſa durante manu*. Mox *liquidoque coactu* Aſcenſ. interpretatur. Sed quos ſubiungit *grumos ſarinae*, ii non niſi *liquido coacto* exiſtere potuere. *liquidoque coactos* coni. Heinſ., et paullo ante *manus*, neſcio quo fructu. 47 *gruma* vett. edd. cum mſ. Koeler. et Helmſt. *Salis grumos* ſi hic quaeras, legendum erat: *grumos ſpargit ſalis: inde*. Poterat et *grumos ſale* ita accipere aliquis, h. grumos de ſale, ſalis. In fine *Iamque ſubiactum* Norimb. Totum locum Heinſ. ad Ouid. Faſt. I, 338 ſic emendabat: *Contrahit admiſtis nunc fontibus* (non *fortibus*), *atque farinas Transuerſa duratque manu: liquidoque coactos Interdum grumos ſpargit ſale*. 48 *Laeuat opus*, ex vett. edd. reuocauimus, Scaligero quoque hortante: nam laeuigat panem in placentae morem et dilatat. Aldina dedit: *Formet opus*. 51 *Ante focum* licet coni. cum Heinſio. *teſtisque tegit: ſuper*: ſic Ald. cum mſ. Koeler., eamque priſcam lectionem eſſe Scaliger teſtatur. Vulgo editum: *teſtisque tegens ſuper*: quod tamen nunc non multum abſum quin praeferam aut ſcribam: *teſtis tegit et ſuper aggerat*. 52 *Vulcanus Veſtaque* vetus eſt lectio, quam non ſatis aſſequor. Aut enim idem eſt vtrumque, aut cum Aſcenſio inter craſſiorem et tenuiorem ignem diſcrimen facere neceſſe eſt. Itaque amplector Aldinam lectionem: *teſtaque*, nam a teſtis taleſactis coctio panis acceleratur. Niſi *Veſta* focus eſt. 54 *ne* ed. Aſcenſ., minus bene. Nam copula requiritur, *et, ne* etc.

genda farina. Panem autem hic videmus parari ſine fermento, azymum; tum v. 49 in quadras diſſectum, quas Scaliger ad h. l. illuſtrauit.

Sit non grata Ceres, quas iungat, comparat eſcas.
Non illi ſuſpenſa focum carnaria iuxta,
Durati ſale terga ſuis truncique vacabant:
Traiectus medium ſparto ſed caſeus orbem,
Et vetus adſtricti faſcis pendebat anethi.
Ergo aliam molitur opem ſibi prouidus heros.
Hortus erat iunctus caſulae, quem vimina pauca
Et calamo recidiua leui munibat arundo;
Exiguus ſpatio, variis ſed fertilis herbis.
Non illi deerat, quod pauperis exigit vſus.
Interdum locuples a paupere plura petebat.

*Nec

56. 57 Obſcura eſt oratio. Scaliger tantum *vacabant*, quod vulgo legitur, in *rigebant* mutat, quod vett. edd. habere ait, quas equidem nullas vidi. *Non* adeo *durati ſale terga ſuis truncique rigebant*, h. erant ei; ſale enim et fumo durata rigent. Nec male hoc dictum putabo. Trunci poſſunt eſſe vel pernae ſuum aliaque maiora fruſta, vel iungendum *ſuis trunci*, h. truncati, in partes diſſecti. Priuſ equidem praefero. Sed haeremus vel ſic adhuc in priore verſu: *Non illi ſuſpenſa focum carnaria iuxta.* Ex carnario (vid. Indic. Scriptt. R. R.) pendent pernae. Ipſa carnaria, h. vnci ferrei, ſi iuxta focum fixa, infixa parieti ſunt; non poſſunt dici *ſuſpenſa*. Vt per appoſitionem: *carnaria, durati ſale terga ſuis*, dicaptur, placere poteſt; ſi *carnarium* ipſam carnem eſſe dicas; quod exemplo caret. Laborare adeo mihi videbatur locus; necdum a Wernsdorfio difficultatem ſublatam video, quomodo carnarium *parieti infixum* dictum eſſe poſſit *ſuſpenſum*. Scilicet res ita expedienda: *carnarium* illud tignum ſeu inſtrumentum, clauis ſeu vncis, ex quibus carnes ſuſpendi poſſunt, non parieti infixum, ſed ex camera ſeu ex vnco parieti infixo pendulum eſt, adeoque et ipſum *ſuſpenſum* ex vnco vel clauo. Heinſ. ad Ouid. Met. VIII, 647 coni. *replebant*: vbi vide. Concedo in partes Wernsdorfii, qui bene monet, *vacare* dici h. l. quae praeſto erant, parata et in promtu. Lucan. V, 327 *Tot reddet Fortuna viros quot tela vacabunt*, aderunt. 58 *ſparto* praeclara eſt Aldinae emendatio: pro vulgari: *parco*, vel *parto*. 61 *caſulae iunctus* mſ. Roeler., numeroſius. 62 *Et calamo recidiua leui munibat arundo.* Primum Scaliger ait, viminetu et arundineta muniendis hortis aut ſepibus obtendendis vſum praeſtare non ſolere, adeoque refingit, *minuebat*, partem de horto occupabat. Haec vero argutula ſunt, et a loco aliena; laudatur enim mox hominis induſtria in horto colendo. Cogitandum eſt hortulum breui foſſa fuiſſe circumductum, quae iuncis obſita erat. Tum pro *calamo* vett. edd. *culmo*: ac ſi *culmo* voluerint. *recidiua arundo* ex Aldina ducta eſt; vti et Scaliger veterem ſcripturam eſſe ait, *redintegra*; quae perpetua variatio lectionis eſt. Vulgg. et vett. edd. *redimita*. 64 *Nil illi d.* melius mſ. Helmſt. *exigat* f. Heinſ. 65 *Interdum locuples*

Nec ſumtus erat illud opus. Sed regula curae:
Si quando vacuum caſula pluuiaeue tenebant,
Feſtaue lux; ſi forte labor ceſſabat aratro:
Horti opus illud erat. Varias deponere plantas
Norat, et occultae conmittere ſemina terrae,
Vicinosque apte cura ſubmittere riuos.
Hic olus, hic late fundentes brachia betae,
Fecundusque rumex, maluaeque, inulaeque virebant;
Hic ſiſer, et capiti nomen debentia porra;
Hic etiam nocuum capiti gelidumque papauer,
Grataque

locuples a paupere plura petebat. Verſum ex margine agglutinatum arbitror, nec ſenſum ſatis me aſſequi fateor. An voluit: Interdum etiam locuples, h. e. qui maiorem hortum ipſe colebat, petebat a paupere, a colono hoc, Simulo, ſcil. quod ipſe in ſuo horto non haberet. Pro *plura* ſaltem malim *multa*, quod et mſ. Helmſt. habebat. 66 Etiam de hoc verſu dubito; inprimis propter v. 69: non hortus erat opus ſumtus, ſeu impenſae in eum factae; ſed curae regula erat haec, vt etc. Porro *huius opus* Ald. Ita diſtingui poſſet: *Nec ſumtus erat huius, opus ſed regula curae*, h. nec huius curae regula erat ſumtus, ſed opus. Sed et hae argutiae parum expediunt verſum relinquendum monachis. Nec magis Barthii emendatio in Aduerſ. XXXV, 8 *ſed regula: Curae ſi quando vacuum:* vt ſit iung. *curae ſi tenebant.* 69 *deponere plantas* ex Aldina et mſ. Helmſtad. repoſui tamquam doctius: ſic Ge. II, 23 *His plantas tenero abſcidens de corpore matrum Depoſuit ſulco.* Vulgo legitur: *diſponere plantas.* 70 *occulte* vett. edd., ſed *occulta terra* poetica ratione, ſeu quae occultat, ſeu, quod malim, interior gleba, foſſa facta. 71 *Vicinosque apte cura ſubmittere riuos.* Languent illa: *apte cura:* vixque a poeta tam elegante proficiſci potuere. Proximum eſſet *curae ſubmittere:* quod et Heinſ. coni. Praeſtaret: *cultis ſubmittere riuos.* Ita *culta* Virgilius dixit. Niſi *ſulcis* malis. Nam et hortorum et plantarum ſulci ſunt. Ad vulgarem ſcripturam propius ſic accederet *grumis* colliculis exiguis inter ſulcos. Sin inſtrumenti nomen inſolentius excidit, *marra* legam, qua effoditur ſolum et aqua in canaliculum ducitur. Wernsdorf. *apte vicinos* iungit. 74 *Hic ſiſer* ex Aldina reduxi; veterem hanc ſcripturam etiam Iul. Pomponius agnoſcebat et Scaliger probabat; eſſe enim ſiſer inter hortenſia, *non* aeque cicer. In fine reſtitui *capiti nomen debentia porra* ex Ald., eum qua conſentiunt Norimb. et Scaligeri membranae; eſt enim porrum capitatum, *τὸ κεφαλωτόν.* Vulgo *caepe* legitur, vel *cepa.* conf. ad h. v. Salmaſ. in Solin. pag. 1001. 75 Deeſt verſus membranae Scaliger., nec tamen ideo damnandus. *Sic etiam*
vett. edd.

Grataque nobilium requies lactuca ciborum,
Et grauis in latum demissa cucurbita ventrem.
Verum hic non domini, quis enim contractior illo?
Sed populi prouentus erat; Nonisque diebus
Venales olerum fasces portabat in vrbem;
Inde domum ceruice leuis, grauis aere, redibat;
Vix

76 *Grataque nobilium.* Post hunc versum in eodem Scaligeri manuscripto sequebatur versus iste: *Plurima surgit ibi crescitque in acumina radix*, h. raphanus. Docta interpolatio: siquidem *τὸ ibi* intrusum aliquid satis arguit. In mſ. Koeler. exaratus est: *Plurima crescit ibi quae surgit in a. r.* mſ. autem Helmst. *crescit ibi surgitque in a. r.* 77 *dimissa* male vett. edd.; a vertice angustiore in latum ventrem excrescit. 79 *Sed populi prouentus erat.* Scaligeri membrana: *profectus*, vtilitas, *ὠφέλεια*, quod ille malebat. Verum vocem hanc in scriptoribus satis obuiam nondum in poeta legi. Tum vtilitatem haud dubie Simulus ex venditis oleribus capiebat, aere reportato. Itaque *prouentus* recte legitur, h. quicquid nascitur in horto. Mox *certisque diebus* Aldina edidit: ex interpolatione. *noctis* vel *notisque* vett. edd., quod ducit ad *nouis*: nam nundinis ad mercatum in vrbem proficiscebantur rustici: atque hoc agnoscit quoque Pompon. Sab. et vna vel altera ex membranis Scaligeri. 80 *Venales humero fasces* scripta Scaligeri lectio, quam ille recipi volebat. Eadem in mſ. Koeler. et Helmstad. Nam et mox 81 *domum*, inquit, *ceruice leuis* redibat: vt adeo ne asellum quidem haberet, qui olera veheretur. Hactenus non refragor. Ita tamen *fasces* sic nude positi parum placent. Retinui itaque *olerum fasces*, quod omnino suauius videtur.

76. *Grataque nobilium requies lactuca ciborum.* Bene notat Scaliger, eo adeo, quo scriptum est hoc Idyllion aeuo, adhuc lactucis clausisse coenas suas homines. Nam Martialis aetate aliter, vt ex noto Epigrammate constat: *Claudere quae coenas lactuca solebat auorum, Dic mihi, cur nostras inchoat illa dapes?*

77. Colum. X, 234 *Et tenero cucumis, fragilique cucurbita collo.*

78. 79. *prouentus* h. l., vt Ge. II, 518 *prouentus fulcorum*, ipsa illa olera, quae educat Simulus. His ipse non vtebatur, sed populo illa vendebat ad vrbem deportata. *Contractus* h. l. parcus, modicus.

81. Reminiscitur vnusquisve versum Eclogae: *Non vnquam grauis aere domum mihi dextra redibat.* conf. Colum. X, 310. Mox 82 *merx vrbani macelli* carnes in macello emtae.

83. *Cepa*

Vix vnquam vrbani comitatus mercè macelli.
Cepa rubens ſectique famem domat area porri,
Quaeque trahunt acri vultus naſturtia morſu,
Intubaque et Venerem reuocans eruca morantem.
Tum quoque tale aliquid meditans intrauerat hortum.
Ac primum, leuiter digitis tellure reſoſſa,
Quatuor educit cum ſpiſſis allia fibris;
Inde comas apii graciles, rutamque rigentem,
Vellit, et exiguo coriandra trementia filo.
Haec vbi conlegit, laetum conſedit ad ignem;
Et clara famulam poſcit mortaria voce.
Singula tum capitum numeroſo cortice nudat,
Et ſummis ſpoliat coriis, contemtaque paſſim
Spargit humi atque abicit. Seruatum gramine bulbum
Tingit

82 *Vix v. v. vacua mercede macelli* vetus ſcriptura apud Scaligerum: quam non admittam equidem. 83 *Caepe*, *Cæpa* promiſcue edd. vett. 85 Colum. X, 108 *Et quae frugifero ſeritur vicina Priapo*, *Excitet vt Veneri tardos eruca maritos*. Nota res. Vide modo Burmann. ad Anthol. lib. VI, ep. 76. 87 *tellure reſoſſa* vetus ſcriptura Scaligeri, ſed a loci ſenſu aliena. 88 *cum ſpicis* vett. edd., perperam. *quattuor*, nil refert. 89 *rutamque rigentem* ex vett. edd. reuocaui: eleganter, ἀφροδισιαζικῶν; niſi, pudori vt conſulas, firmam et ſolidam interpreteris. Contra *coriandra* tenuia. Aldina male ſubſtituit *rutamque virentem*: quod et mſ. Koeler. habebat. 91 *lentum — ignem* corrigebat Heinſ. ad Ouid. Faſt. II, 578, ſed *laetum* multo accommodatius h. l. eſſe nemo dubitet. 93 Vett. edd. pertinaciter exhibent: *numeroſa cortice*, praeter Norimb.; Ald. vero: *nodoſo cortice*, et vetus ſcriptura apud Scalig. *nodoſo corpore*; mſ. Koeler. et Helmſtad. *nodoſo vertice*, quod in allia vix cadere videtur. *nodoſo cortice* defendit Gronou. contra Cruceum p. 186. 94 *contentaque* Norimb. 95 *adicit* vett. edd., ſed recte Aldina *abicit*. Mox *ſeruatum gramine bulbum* non ſatis expedito. Non de bulbis, quod plantae genus eſt, hic agitur: adeoque hic bulbus eſt allii caput interius, exterioribus pelliculis nudatum et decorticatum. Ergone abiectas membranas *gramina* appellat? An voluit *ſeruantem germina bulbum?* vt *germina* nucleus ſit, qui idem ſemina et germina continet? Heinſium video coniicere *Seruatum ſtramine*.

83. *Cepa rubens*; Plin. XIX, 6, 32 *rufa acrior quam candida*. Tum *ſectum porrum* eſt ſectile; *area porri* autem de area horti porris conſita accipienda.

96. Nunc

Tingit aqua, lapidisque cauum demittit in orbem.
Hinc ſalis inſpergit micas; ſale durus adeſo
Caſeus adiicitur; dictas ſuper ingerit herbas;
Et laeua veſtem ſetoſa ſub inguina fulcit.
Dextera piſtillo primum fragrantia mollit
Allia; tum pariter miſto terit omnia ſucco.
It manus in gyrum; paullatim fingula vires
Deperdunt proprias; color eſt e pluribus vnus;
Nec totus viridis, quia lactea fruſta repugnant,
Nec de lacte nitens, quia tot variatur ab herbis.
Saepe viri nares acer iaculatur apertas
Spiritus, et ſimo damnat ſua prandia vultu.
Saepe manu ſumma lacrimantia lumina tergit;
Inmeritoque furens dicit conuicia fumo.
Procedebat opus. Non iam ſalebroſus, vt ante,
Sed grauior lentos ibat piſtillus in orbes.
Ergo Palladii guttas inſtillat oliui,
Exiguique ſuper vires infundit aceti,
Atque iterum commiſcet opus, miſtumque retractat.

Tum

97 *aſpergit* mſ. Koeler. et Helmſtad. cum Aldina. *Sale durus adeſo Caſeus adiicitur.* Proprie *caſeus ſale adeſus* dicendus erat: vt omnino ea, quae ſale condiuntur, adeſa. Scaliger exemplo vocis *veſcus* illuſtrat: cum et *corpora veſca*, et ipſum *ſal* quoque veſcum dicatur. Sed ſufficit, poetis licere epitheta a paſſione ad actionem transferre. *aduſto* Norimb. Aſcenſ.; tum prior illa *diuus* pro *durus*. 98 *ſuperinſpirit* vett. edd. ante Aldinam. 107 *ſummo — vultu* haeſerat *in* vett. edd. ad Ald., vt et paullo ante v. 104 *fruſtra*. 110 *Nec tam ſ.* mſ. Koeler. et Helmſtad. 111 *Sed grauiter* iidem mſſ. *lentus* vett. edd. eaedem. 114 *miſtumque reſumat* mſſ. iidem. *piſtum* coni. Heinſ.

96. Nunc de mortario agitur: quod cum mola ſuperius commemorata male permiſcent Intpp.

109. *fumo.* Aut fumo ex igni, aut allio grauiolenti: vt *fumus* ſit odor ille ex allio diffuſus vehemens, ὁμωνύμως, vt Scaliger: Repetitum tamen *ſaepe* videtur poſtulare prius: quod et Wernsdorf. ſequitur.

117. *Conſtet*

Tum demum digitis mortaria tota duobus
Circuit, inque globum diſtantia contrahit vnum:
Conſtet vt effecti ſpecies nomenque, moreti.
Eruit interea Cybale quoque ſedula panem;
Quem laetus recipit manibus, pulſoque timore
Iam famis, inque diem ſecurus Simulus illam,
Ambit crura ocreis paribus, tectusque galero
Sub iuga parentes cogit lorata iuuencos,
Atque agit in ſegetes, et terrae condit aratrum.

118 *Eruit* recte Aldina, ſcil. e cinere. At vett. *Exuit.* 119 *laetus recipit* vetus Scaligeri membrana ſuppeditauit. Vulgg. *lotis recipit manibus*, vett. edd. *recipit lotis manibus.* 120 *Iam famis* e mſ. Koeler. repoſui pro *Hinc famis.* 123 *terrae immittit a.* mſ. vterque, ex interpretamento.

117. *Conſtet vt effecti ſpecies nomenque moreti.* Non quaſi hoc ab eo pendeat, vt accipi video, quod binis digitis mortarium intus circuit: ſed forma moreti, ad hunc modum confecti et abſoluti, quodque vulgo eo nomine venit, in globum cogi ſolebat.

121. Carminis lepos vsque ad extremum ſeruatus delectat; *ocreae* ſunt perones.

LIPSIAE
EX OFFICINA BREITKOPFIA

SVPPLENDA
ET
EMENDANDA

SVPPLENDA
ET
EMENDANDA

TOM. I

Praef. p. XIV. In verſſ. l. 5 *faſtidia ſtulta potentum* recte reprehenſa vidi a viro docto, quod ante *ſt* ſyllabam breuem non facile relinquunt boni poetae. Mihi vero illa etiam diſplicebant ruſtica aſperitate, qua offendit idem epitheton *ſtulta*. Praeſtabat *lenta* aut ſimile quid.

p. LXXXIX ad Ed.: *P. V. M. Opera fol. ſ. l.* et a. Eſſe eam excuſam opera *Ioh. Schüſſler* Auguſtae Vindelicorum, intra a. 1470 et 1472 (nam intra hos annos ille officinam exercuit: vid. *Zapf. Augsburg. Buchdruckergeſch.* T. I, p. XI), deprehendiſſe nuper ſibi viſus erat, comparato Terentio ſ. a. et l., in bibliotheca Archiepiſcopi Toloſani et Principalis adminiſtri rerum regni Galliarum latente, *Dom Maugerard* (in *Journal encyclop.* 1787 Decemb. p. 327). Mox tamen alius vir doctus, comparata verſione Latina homiliarum Ioannis Chryſoſtomi et libri IV Auguſtini de Doctrina Chriſtiana, librum vindicauit prelo *Mentelii* Argentoratenſis (ibid. 1788 April. p. 155 ſq.). Terentii laudati ſeruatur aliud exemplar in noſtra bibliotheca Academica. Caeterum tanto libentius intellexi, editionem illam ſ. l. et a. eſſe in Germania exaratam; cum alias inter Virgilianas editiones ſaec. XV vnica tantum eſſet Kobergeriana. Succeſſit tertio loco Argentina 1502.

Ad a. 1507, p. CI. Eſt huius anni repetita editio Veneta per Barthol. de Zannis fol. haud dubie ex edit. 1494 et 1495.

p. CLXXXIII, l. 6 et 5 ab extr. verba: *cum ironia dictum — ei fuiſſe* video me oblitum eſſe delere.

p. 67. 68. Communicauit mecum vir ſagaciſſimus *Cornelius de Pauw*, Canonicus Eccleſ. Cathedr. Xantenſis, nouam coniecturam, qua poetam reſpicere putabat tempus iuſtum ludorum ſaecularium edicendorum, quod tunc inſtabat; fuiſſe autem opinionem aſtrologorum, quatuor ſaeculis Sibyllinis expletis ad nouum rerum ordinem eſſe reditura omnia, ſucceſſuramque iterum aetatem auream, ex qua argentea et reliquae eſſent aptae et nexae. Sane a ludis ſaecularibus *quarto* habitis loco a. 605 aut 608 V. C. (incerta

enim fama tenebat: Cenſorin. 17. vid. ad Zoſim. Reitem. p. 542) annumeratis annis CX ad annum forte 715 Pollione Coſ. retrahi id potuit, vt tum ludi ſaeculares expectarentur; vellem tamen, vt, ſiue ex Virgilio ipſo (in cuius verbis nihil occurrit, quod ad ludos ſaeculares ſpectet), ſiue ex alio ſcriptore commemorari aliquid poſſet, vnde de ludis ſaecularibus homines tum cogitaſſe appareret. Multo magis auctoritatem deſidero narrationis de ſaeculis Sibyllinis quatuor, et de ſpe noui rerum ordinis ſub quarti ſaeculi decurſum et ludos ſaeculares quinto habendos. XII ſaecula Romam eſſe duraturam, vaticinium notum eſt, ex augurio XII vulturiorum Romuli captum, ap. Cenſor. c. 17 e Varron. Antiqq. lib. XVIII (vbi verba: *quoniam CXX annos incolumis praeteriiſſet populus Rom., ad mille et ducentos peruenturum:* non aſſequor. Scriptum f. *quoniam DCC annos i. p. p. R.)*; verum de quatuor ſaeculis rerum durationi conſtitutis nihil mihi occurrit. Filio ex Pollione in hoc ipſo anno nato gratulari poterat poeta natales tam fauſti ominis; non vero referre *ad eum tanquam auctorem et cauſſam* mutationem omnium rerum expectandam.

p. 154, v. 12 *Aonia Aganippe:* ſatius erat praeferre *Aonie Aganippe*, Ἀονὶη Ἀγανίππη.

p. 170. Sequutus erat Euphorion exempla aliorum, qui χρησμὰς collegerant, inter quos Philochorus, Atthidis ſcriptor, ἐν τοῖς περὶ μαντικῆς δ', ap. Plutarch. de Pyth. Orac. T. II Opp. p. 403 E.

p. 272. Ge. I, 482. In V. L. *Pronuntiandum Flujorum.* Leg. *fluvjorum.*

Ge. III, 438 ſq. In Var. Lect. ad h. l. excidit Notatio haec: „Quoties locum hunc retracto, toties impediti quid ei ineſſe ſentio: quod in tam elaborato et comto carmine abeſſe velim *Quum poſitis nouus exuuiis nitidusque iuuenta Volvitur aut catulos tectis aut ova relinquens Arduus ad ſolem et linguis micat ora trifulcis.* Poſſunt hic duae res diuerſi temporis et actus expoſitae videri; vt ſint duo tempora, quibus ſerpens luſtro prodire ſolet, primo *pelle depoſita*, tum *catulis aut ouis in luſtro relictis*, quo tempore eum exaſperatum vel maxime credere licet, ſi quem accedentem viderit. Ita interpungendum foret: *Quum* (aut) *p. — Volvitur; aut, catulos tectis aut ova relinquens, A. — micat.* Ita vero plura moleſta ſunt, inprimis quod *aut* diuerſa ratione poſitum ſic ſe excipit, (aut) *volvitur, aut micat, catulos aut ova relinquens*; delendum quoque eſſet *et* ante *linguis*. Itaque praeferenda altera

altera ratio, vt ad vnum tempus referantur omnia, vtque interpungatur: *Quum, positis nouus exuuiis nitidusque iuuenta Volvitur, aut catulos tellis aut ova relinquens, Arduus ad solem, et linguis micat ora trisulcis.* Ita sententiarum nexus est: *quum volvitur et micat;* et vnum idemque tempus est, quo et *spolia deponere* et *aut catulos aut ova relinquere* in lustro serpens narratur. Quod adeo vix putes, fieri necesse est, vt ille eodem tempore exuat pellem et edat fetum pariatque ova. Quod an ita se habeat, in incertis relinquendum mihi est; nam et diuersae serpentum naturae sunt, et nos nimis multa in toto hoc genere fugiunt. Sane serpentes fetum vere conceptum mense Augusto edere, spolium autem hieme depulsa, qua sub terra latuerant, incalescente sole, interdum tamen et auctumno exuere, memorantur ab Aristotele H. An. V extr. VIII, 15, etsi vel sic credere haud licet catulos multum temporis cum matre agere. Verum cum in his nihil definire possim: manet tamen alterum, esse sic in verbis poetae plura, quae parum commode et suauiter dicta sint: primo illud quod *aut catulos aut ova* adnumerauit: quam subtilitatem in historiae naturalis scriptore ferrem, non in poeta; tum quod *Volvitur arduus ad solem* (nam multo minus feras: *micat ad solem*) minus commode quam altero loco Aen. II, 473. 474. 475 *Qualis — Nunc positis nouus exuuiis nitidusque iuuenta Lubrica conuoluit sublato pectore terga Arduus ad solem, et linguis micat ora trisulcis.* In his haud dubie melius adstructum est τὸ *ad solem* per illa: *terga* (h. corpus) *conuoluit sublato pectore ad solem, arduus.* Cui loco tamquam minus elaborato cum hunc alterum Georgicorum praeferret Valkenarius, difficultates huius loci perspexisse non videtur. Immo vero est is minus bene constitutus, et interposuit poeta aliquid de fetu serpentum, quod non bene coagmentare potuit cum caeteris. Sollenne enim est poetis in simili re tantum alterum commemorare: vt exuuiis positis nouus prodeat lustro serpens, nunc multo magis infestus occurrentibus, seu quod aegritudinem ex illa pellis detractione contraxit, seu quod viribus auctus est, certe ad iracundiam pronior est. Nec plura deprehendas in loco Nicandri Ther. 31 sq., quem noster ante oculos habuit; nisi quod hic *verni temporis* diserte memoratio fit: quod cum spoliorum exuendorum tempore conuenit; et quod recuperatae iuuentae causa in noui pabuli copia ponitur. Vtrumque poeta noster altero loco Aen. II, 471. 472 expressit: *coluber mala gramina pastus, Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat.*

Reliquam diſputationem iis relinquemus, qui in natura ſerpentum varii generis melius cognoſcenda ſtudia ſua collocabunt; forte ex iisdem ſoſpitator aliquis Nicandri exiſtet, quem adhuc neglectum iacere dolemus. Interea verſum 439 *Arduus* ex margine irrepſiſſe ſuſpicari licebit.

Ge. IV, 211. In *Medus Hydaſpes* haeſit quoque Nodell V. C., qui nuper in Notis crit. p. 76 reſinxit: *Lydia, Partherum aut populi, Medusue Choaſpes.* Sed Indiae amnem regno Perſarum bene tribui docebit Nota noſtra.

Ge. IV, 476. In Not. p. 534. Satis ſupina incuria reliqui in Nota poſt *Taenarum: in Malea promontorium*, quod delendum erat animo ad alia intento ſcriptum. Eſt enim Taenarium promontorium a Malea diuerſum.

TOM. II

Aen. I, p. 25 in Not. l. 3 *incitatus*, l. *inſtatus*.

p. 28 ad v. 135 animaduerſio e Var. Lect. in Notas migrauit.

p. 31 ad v. 157. In Var. Lect. *Αἰνείδαι*. Vox ipſa ap. Oppian. Venat. pr. occurrit.

p. 49 in v. 258 *Lauini*, ſcribebam Lauinl.

p. 53 ad v. 282 *gentem togatam* a Laberio habuit Virgilius: v. Macrob. Sat. VI, 5 extr.

p. 61 ad v. 327 *O quam te memorem virgo.* Obuerſabantur animo verſus Graeci poetae, quorum non ſatis reminiſcebar. Suggeſſit nuper Nodell V. C. in Not. crit. p. 77. Sunt ſcilicet expreſſi verſus ex Apollonio IV, 1411 ſqq.

p. 76. Var. Lect. ad v. 426 add. conf. ad lib. V, 758 Not.

Aen. II, p. 185 Var. Lect. ad v. 82 *Belides* et *Beliades* leg. non *B.* De Belo v. not. ad Hygin. f. 157.

p. 234 ad v. 471 *in lucem* defendebat nuper V. C. Me. D. Iani ex oppoſito *ſub terra.* Recte; ſentio tamen, quam parum ſcite dicatur: *conuoluere terga in lucem ad ſolem.* Tum manet vel ſic alterum, quod grauius erat, quod binis ſe excipientibus verſibus deinceps poſita eadem vox, et quidem diuerſo ſignificatu: *luce coruſcus aena* et *in lucem exſultat:* quod bonum poetam haud decebat.

p. 276

p. 276 med. *Polignotus* scr. Polygnotus.

p. 279 in Nota: lib. XII leg. XI.

p. 282 in Exc. I ad Aen. II, vbi de Sophoclea fabula: Strabonem Sophoclis fabulam *Antenoridas* respexisse non sine probabilitate suspicabar; idemque sequutum esse video Brunckium in fragm. Sophocleis. Perperam tamen ita me statuisse, docuit me *Iacobs*, elegantis doctrinae vir; vidit ille, locum Αἴαντος Λοκρῶ fuisse, ad quem Strabo respexerit: Laudatur enim inde versus, quem ipse Brunckius ad eam fabulam in fragm. retraxit, *καταστίκτω κυνὸς Στολὰς Λίβυσσα παρδαληφόρον δέρας*: apud Schol. Aristoph. Au. 934 et Polluc. VII, 70.

Aen. III, p. 338 Var. Lect. Κυβέλη et Κυβήλη. Adde, dubitari an vsquam antiqui scripserint Κυβήλη, nec iniuria. cf. Brunck. p. 436. Ibid. in Not. l. 7 *nomen montis Idaei* l. nemus.

p. 357 ad v. 279. Addit Nodell Not. crit. p. 78 e Schol. Aeschyli p. 287, Iouem ipsum lustrandi fuisse auctorem, vtpote qui Ixionem lustrauerit.

p. 373 v. 403 — 409. In fine Notae adde: v. inf. p. 424 extr. Rem autem declara sic: Ab Aenea ritus velandi capitis inter sacrificandum repetitus esse videtur.

p. 374 ad v. 411. Nodell l. l. commode memorat Iustin. IV, 1 sub f. et Lucret. IV, 397 sq.

p. 375 ad v. 419 Var. Lect. Repetitam vidimus hanc coniecturam *littora Gentl. Mag.* 1785 Nouemb. p. 857, vna cum crisi super ea in *Supplement to 1785*, pag. 1028. Sane parum suauiter interpositum esset *littora* inter *vrbes* — *diductas*. Sane vulgari more loquendi *diducuntur duae terrae* seu *littora mari interluente*: nunc exquisitiore poetae ratione mare seu *pontus* interluit terras, et doctius *vrbes*, *diductas littore*, *aestu angusto*, h. freto.

Ibid. ad v. 418 Ridet Abb. Fortis (*Teutsche Mercur* 1787 Iul. pag. 14) et poetam et priscam fabulam, qua auulsa et abrupta tradita sit Sicilia: quod fieri nequierit. Vix reprehensionem satis animo assequare, nisi perspexeris, tam male virum doctum interpretis partes agere, vt *auulsionem* et *abruptionem* putet aut dictam aut acceptam ab vllo vnquam esse ita, vt Sicilia abscissa dissilierit et impetu suo retro acta alio loco resederit. De tali motu terrae vix quisquam somniauit. Motibus concussum solum subsidere creditum est, vt mare irrumperet: quemadmodum Pontus Euxinus in mare Aegaeum se insinuauit.

Aen. IV,

Aen. IV, p. 450, col. I extr. ad verba: Seruianis ad lib. IV pr. add. Macrob. V, 17.

p. 471 ad v. 154 Var. Lect. add. *transmittunt* e Lucretio II, 325 petiit: monente Macrobio VI, 4, p. 594.

p. 530 ad vs 615 Nota l. 12 *quarto* — *anno* l. tertio.

Aen. V, p. 565. Not. ad v. 114 *Geganiorum* gens Albana erat: v. Dionyſ. III, 29. Praeiuerat haud dubie Virgilio Varro in libro de familiis Troianis.

p. 651 Exc. IV add. Primo loco memoranda veſtis pulvino inſtrata apud Catull. Epith. Thet. 47 ſqq., quo Ariadnes fata intexta erant. Aliud ex veris hiſtoriis eſt veſtimentum ſimile Sybariticum Mirabil. Audit. c. 99.

Aen. VI, p. 730 v. 601 — 607 Not. Add. Poſſunt tamen ab Lapithis, Ixione et Pirithoo, diuerſi eſſe, qui ſequuntur; ita vt poeta ſic iungi voluerit haec: *Quid memorem — Pirithounique?* Quid memorem eos, *Quos ſuper* etc.

p. 737, v. 625 Nota. Praeiuiſſe Maroni Hoſſium poetam in lib. II belli Hiſtrici obſeruat Macrob. VI, 3, p. 591.

p. 743 ad fin. Notae 656 — 659. Vocem Eridani pro quocunque amne accepiſſe videtur quòque Callim. fr. p. 473 e Strab. IX, p. 608, quem locum indicabat mihi Meierotto V. C.

p. 744 ad v. 667 *Muſaeum ante omnes.* Praeclare Nodell Not. crit. p. 79 monet, Platonem et hic poetae ante oculos fuiſſe de Rep. II, p. 218 Tom. VI ed. Bip.

p. 748 ad v. 704 Var. Lect., vbi de Lethe, placido et quieto amne; adde: attamen amnibus inferis nec minus aliis locis poetae tribuunt ſtrepitus, quodque multo magis mireris, inter arundinoſa et paluſtria fluenta. Sic Hermeſianax in verſſ. a Ruhnkenio recuſis Epiſt. crit. II p. 286, vbi vid. doctam notam.

p. 787 Exc. II Κερβέριον ὑπὸ χθονὶ μαντεῖον in his locis etiam Scymnus memorat v. 248. De Auerno vero vid. Mirab. Audit. c. 108.

p. 807. De *Salmoneo* vid. Apollod. I, 9, 7 et Notas p. 146. Verſus Heſiodi, qui primarius locus erat, extat in Schol. Pindari ad P. IV, 253. Pontem addit Manil. V, 92 Salmoneus — *qui caelum imitatus in orbe, Pontibus impoſitis, miſſisque per aera quadrigis, Expreſſiſſe ſonum mundi ſibi viſus et ipſum Admouiſſe Iouem terris; male fulmina fingi Senſit, et immiſſos ignes ſuper ipſe ſequutus Morte Iouem didicit:* quo in loco durum eſt, quod *caelum imitatur in orbe*, terris. An f. *in orbe Pontibus impoſito*, vt de machina aenea, lamina qua

in

in orbis seu circuli modum pons instratus erat. Ad v. 97 cf. Cannegieter Obss. Iur. p. 210.

Ad fin. Excursus, vbi de apotheosi Imp. falso ad naturam diuinam Imperatori conferendam reuocata, agitur, add. Dionys. II, 56. Suet. Iul. 88. Plutarch. T. II, p. 210 D.

TOM. III

Aen. VII, p. 23 Var. Lect. ad v. 152. *ordine ab omni.* add. Io. Schrader. em. *agmine ab omni*, vt XI, 60; sed. mid. Notam.

p. 42 ad v. 310 Not. add. *Vincor ab Aenea.* Non possum eum perdere. *Iouis*, vt recte Macrob. IV, 2, p. 451.

Exc. IV p. 133, l. 10 retro ab extr. v. *Exc. III* leg. Exc. IV, p. 129. 130.

Ibid. pag. 136 med. *Fuisse iam inter Graecos scriptores.* Add. iis Scymnus v. 225.

Exc. VII, p. 147 de Danaes appulsu l. 6 ab extr. post *prodentibus*: alius ad ipsa Romae loca cum filiis Argo et Argeo: v. Serv. ad VIII, 345.

p. 149, Exc. VII, l. 3 *De Pilumno.* Vt tollantur obscuritates huius stirpis, apponere placet stemma ex Virgilio adumbratum:



Aen. VIII ad v. 318 Var. Lect. *exesa.* Io. Schrader. em. *exusta*; vt Ouid. IV Fast. 473. Cur tamen epico non alterum dicere licuit? vt et Silius maluit XIV, 57 *exeso de vertice* et alii.

Aen. IX, 359. De *phaleris* nunc ita statuo: sunt eae per epexegesin dictae, nec diuersae a balteo; et iungenda: *phaleras et cingula.* Docet hoc Silii imitatio XV, 255 *phaleris hic pectora fulget:* pro ornamento simpliciter. Et inf. 458 spolia enumerantur per *galeam et balteum*, nihil amplius.

ad v. 548 Not. p. 324. Similiter XI, 711 *pura parma: Eaſpedes nullo puraque interrita parma.* Forte poeta ſimpliciter leuiter armatum declarare voluit; adeoque obſcurum hominem; cum, qui inter promachos pugnarent, graviter armati eſſent.

Aen. X, p. 370, v. 30. In Nota l. 2 *depellam D.* del. *D.*

Aen. XI. Exc. I. p. 580. De Auſibus Diomedeis addenunc doctiſſ. virum *Schneider.* ad Friderici II. Reliquias T. II. p. 159.

Aen. XII, 857, p. 676 Var. Lect. Adde: pro *Parthus* Lenzius noſter ingenioſe coni. *certus.*

TOM. IV.

Cul. 108 *Vt procul adſpexti* em. Nodell Not. crit. p. 80 in quod et ipſe incideram; coniecturae parum confiſus.

118. Idem vir doctus non male cum aliis malit: *pernox — chorea.* Vt παννύχιοι χοροὶ ap. Sophocl.

345 Nodell l. c. p. 81 em. *pars inflexis* ſubiecta *cartula.*

373. Idem cum Io. Schradero: *quo*, maxime *Minoa, Conſcelerata pia* diſcernis *vincula ſede.*

Ciris. 72 Nodell eod. l. p. 82 *ſola — arena.*

380 *Tanta eſt in* parui *fiducia* ſtirpe capilli coni. Quod vix amplectar. Peccat quoque verſus ſyllaba breui ante *ſt* relicta.

RECEN.

RECENSVS
PARERGORVM ET ORNAMENTORVM CAELO EXPRESSORVM

Vt genio saeculi obsecundaret redemtor operis, partem exemplarium Virgilii variis ornamentis locupletare in animum induxit, quibus illa talium elegantiarum amatoribus se commendarent. Nolui deesse nec voluntati eius nec honestae lectorum voluptati. Accommodauit graphidem vir ingeniosus idemque picturae cum linearis tum pigmentis illustratae historiaeque artium doctus magister, *Io. Dominicus Fiorillo*, apparatus iconographici in Bibliotheca nostra academica a cura. Factus est dilectus rerum, quae pro argumento parergorum essent, communibus studiis, ita quidem vt ex antiquitate elegantiore illae essent petitae, vtque haberent aliquid, quod cum poetae carminibus conueniret, saltem ab iis non abhorreret. In angustias nos cogebat simile consilium editionum apud Britannos a Io. Pine, et iam ante a Guil. Sandby, tum in Batauis ab Henr. Iustice, in Italia ab Ant. Ambrogi paratarum; vt deferenda essent vel abiicienda ea, quae ab iis erant praerepta, ne trita repetere videremur. Alia interdum satis accommodata non admittebat spatium his ornamentis destinatum aut relictum. Enim vero melior puto nos consilio hanc ipsam rem esse aggressos. Nihil nobis propositum esse debere putauimus quam honestam voluptatem et oblectationem ex adspectu ingeniosi lusus, et ex comparatione rei sensui oculorum subiectae eiusdemque a poeta expressae. At boni illi viri temere sibi persuaserant, ad illustrandum poetam se nescio quid praeclari auxilii esse allaturos; id quod in pauciſſimis exemplis locum habere potuit. Nec vero summam artis subtilitatem requires in ipsa delineatione, siue consilium rei spectes, siue operum modo minorem modo maiorem multo modulum pro spatio in charta a librariis operis relicto. Omnino nolim quemquam nimis morosum esse in his, quae nec laudi nec reprehensioni locum magnopere relinquunt.

VOL. I

I Quae *in fronte totius operis* praefixa est tabula, ad fragmenti speciem ex diuersis antiquitatis monumentis, marmoribusque anaglyphis, ad consilium nostrum est composita,

Piranesii maxime exemplo. Roma sedens clipeo innixa, armis et vasis adiacentibus, tanquam e gentium victarum spoliis, ex vestigiis anaglyphorum in stylobata columnae Antonini Pii est adumbrata; vt expresserat in *Campo Martio* Piranesius *tab. 33.* Extat de ea Columna doctum *Io. Vignolii* opus *Ro. 1705. 4.* Accline, tanquam parieti, alteri marmori maiori stat marmor cum titulo:

Hesperus et pigeus Romulaque arma fugitur,
Roma triumphati dum capus orbis erit.

Versus sunt Ouidii *inter Testimonia de Virgilio* excitati *To. I p. CCXI.* Stat pone illud marmori maius cum titulo

Imp. Caes. Diui fil. Augusto terra marique victori.

Legitur is ap. *Gruter. p. CCXXVII, 1.* Superiorem marmoris partem ornant arma, vt in trophaeis, et multis marmorum fragmentis, cum balteo. Lateri affixa sunt altera ex parte bucolica insignia: pedum, syrinx decem arundinum (quem numerum equidem praestare nolim; etsi variae compages calami occurrunt, praesertim septem calamos) cum thyrso et fistula (in cuius parte superiore vanillant artificis manus;) parte altera falx messoria, cum manipulis, adstante plaustro, eminente aluearis culmine.

II In *pagina quae titulum operis exhibet*, assidet Musa, Clio quidem, nostro quasi Phoebo pecten, e *To. II, p. 29 Maffei Pio Clementino.* Infixus volantibus clipeus cum disticho Propertiano: (*v. inter testimonia de Virgilio p. CCXI.*)

Cedite Romani scriptores, cedite Graii,
Nescio quid maius nascitur Iliade.

III *Carmini dedicatorio* praefixa est alia tabula ex variis vetustatis monumentis composita. Primam inuenti tanquam scintillam excusam puta per Piranesii *Antichità d'Albano* princ. vnde etiam alia huius tabulae parerga repetita sunt, pluribus ex locis, alia ex titulo libri *de Romanorum magnificentia.* Similis est patera apud *d'Hancarville*, ingeniosum virum, *Vasor. Etrusc. Vol. III. pr.* Medium obtinet clipeus, quem in margine Zodiacus ambit: quo anni symbolo fore vita humana designari solet; similem clipeum cum effigie viri et vxoris v. in *Admirandis Romanarum Antiquitatum tab. 79.* Inscripta verba

Ernesto Augusto
Augusto Friderico
Adolpho Friderico
M. Britann. Regis Aug.
Soboli fausti[ss]imae
Inuictutis Principibus.

Eminet

Emiget ſupra clipeum Sol oriens cum Aquila, quae ingenioſior aliquis facile ad adultiorem aetatem Principum, ad ſumma quaeque natorum, et ad virtutem eorum referet, cuius fructus, late per terras ſparſos, haud parua felicitatis humani generis incrementa eſſe allaturos, declarat feminae accubantis ſpecies. Cornu Copiae manu illa complectitur, Terra mater cum notione Vbertatis et Fauſtitatis. Habitu iacentis frequenter ea occurrit, vt in onyche Brunſvicenſi inſ. p. 189. neque alia eſt femina iacens cum puero in Anaglyphio Capitol. apud *Inſtitc. p. 30. Vol. I.* nunc in *Muſ. Capit. To. IV. t. 66.* cf. ibid. *tab. 55.* Petita autem illa, quam hic vides, eſt e nobili anaglypho in Palatio Matthaeiorum: cum in *Monum. Matth. To. III.* tum iam ante in *Admiranda. tab. 20.* vbi perperam inſcripta eſt: Gallieni profectio ad Orientem. Promtum enim eſt Peleum agnoſcere ad Thetidem accedentem. Quod multo magis intelligitur comparato altero marmore Matthaeiano ap. Winkelm. *Monum. ined. tab. 110.* quod praeclare interpretatus eſt vir ille, popularis noſter deſideratiſſimus. Reſpectu ad clipeum Aeneae habito ſubſcriptus eſt verſus Aen. VI, 890.

Incendit que animum famae venientis amore.

In quem ſenſum ipſum carmen dedicatorium comparatum eſt, vt oſtendatur Principibus magnae Britanniae Sereniſſimis gloria ſeu ex belli ſeu ex pacis artibus et virtutibus ventura.

IV p. XXXIV. *ad talem notae praefat.* Si *Vita ſine litteris mors eſt*, adeoque vera vita a litteris et Sapientia proficiſcitur: ingenioſe Minerua corpus a Prometheo e luto factum animaſſe dici potuit. Vides Minervam papilionem, ψυχὴν, imponentem capiti hominis a Prometheo effecti; ad ſtante arbore, qui ſerpens ſe implicat. *Ex numiſm. ex aere Antonini Pii: Muſ. Albani. Vol. I. tab. 25. 2.* Repetitur a *Vaillant* et al. Occurrit ſimilis effigies in anaglypho notiſſimo, ad Pythagoreo-Platonicam doctrinam comparato, ſarcophagi in hortis Pamphiliis: v. *Admiranda Ant. Roman. t. 66, 67.* (al. 80. 81.) nunc in Muſeo illud Capitolino ſeruatur: *v. To. IV. t. XXV.* vbi a Fogginio v. c. illuſtratur; olim idem illuſtrauerat *Geſnerus noſter Comment. Soc. Gott. T. I. p. 152.* Nec multum abludit Marmor Albanum, parum quidem affabre factum, expreſſum in *Winkelm. Hiſt. Art. ed. Vindob. p. 1.* Quod in his placet, eſt commentum ingenioſum ad dogmata philoſophica attemperatum; nam manus artificis et iudicium in diſponendis figuris parum ſe probat. Prometheum in gemmis ſculptum paſſim videas. Componit Prometheus membra humani

mani corporis in gemma ap. Winkelm. *Hist. Art. p. 30. ed. Dresd. et hinc in aliis edd.* At metitur corpus humanum in Stoschiana gemma v. Winkelm. *Vers. Rom. T. II. p. 31.*

V. p. LXVIII. *ad fin. notationis codicum*, ex *Pitture d'Ercolano To. III. tab. XLVI. p. 237.* femina tabulas ceratas tenens cum stilo, animo in id, quod scriptura est, defixo; *Dextra tenet ferrum, vacuam tenet altera ceram.* Ouid. Met. IX, 521.

VI p. CL. *ad fin. commentationis de editionibus Virgilii et antiquis interpretibus:* instrumenta scriptoria veterum: tabula cerata s. diptychon cum stilo: *ex ead. tab. Pictur. Hercul.* tum scrinium librarium; ab altera parte atramentarium, duplex quidem, cum calamo ex iisdem, *Vol. II. p. 55.*

VII p. CLII. *sub initium Vitae Virgilii.* Ex anaglypho in aedibus Sacchettiorum *Admir. tab. 65:* Femina stans ante columellam stilo globum columellae impositum incidens. Ad horoscopum referenda res; signat Parca fata nascentis hominis. In anaglypho Pamphilio paullo ante laudato globus Zodiaco insignitus est; ne dubites feminam esse Parcam, comparatio eiusdem anaglyphi vetat. Alio modo cum ferula globo admota occurrit Vrania; vt bene monet Winkelm. *Mon. ined. No. 184. 185.* nec tamen propterea damnanda est altera ratio in aliis monumentis, vt in nostro.

VIII p. CLXXXI. *sub finem Vitae Virgilii a Pseudodonato perscriptae:* Crypta ad Pausilypum, ad quam Virgilii sepulcrum factum traditur: (*v. p. CLXVIII.*) adumbrata ad ductum *P. Paoli Antiqq. Puteol. fol. 10. tab. VIII.*

IX p. CCXLIV. *post Dedicationem Aeneidis.* Sacrum Veneri factum: argumentum suauissimi huius carminis. Compositum est Parergon e diuersis monumentis: Libat sacrificans vergendo pateram in ignem arae impositum, adstantibus victima et hostia; ara ante Veneris signum, pone quam adstans Amor prospicit. Occurrunt similia in variis operibus, gemmis et anaglyphis.

X p. 20. *sub fin. Disp. de Carmine Bucolico.* Faunus ludibundus cum capro. E gemma, cuius exemplum apud me est. Argumentum est multarum gemmarum: inter quas suauissima *Cabinet du Duc d'Orleans To. I. t. 75.*

XI p. 21. *in fronte Bucolicorum:* Pan Faunum Syringe canere docens: Occurrit in gemma. Expressa est manus docta

docta elegantis viri, *Levesque de Gravelle Recueil de Pierres gravées antiques. P. II. no. 25.* Extat quoque inter picturas Herculanenſes (*T. I. p. 41. add. To. III. p. 101.*) Marſyas Olympum tibias inflare docens; argumentum olim tabulae Polygnoti apud Panſan. X, 30. p. 873. Adſcriptus eſt verſus Ecl. V, 49. *Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.* Quis enim non poetae inuideat ab ipſo Pane carmen ruſticum edocto!

XII p. 65. *ſub finem Eclogae III;* in qua pocula pro praemio cantus ponuntur: v. 36 *pocula ponam.* Expreſſum poculum ſeu vas Bacchicum ex v. c. *Dominici Ant. Bracci Commentariis de antiquis ſcalptoribus Vol. II. app. t. 15, 2.* ſervatur illud in Cimeliis *D. Rendorp Marquette* Conſulis Amſtelodamenſis. Vides ſacrum, quo puer hircum ad aram ducit, adſtantibus duabus Bacchis, pateras tenentibus, cum Fauno et Satyro capripede. Ab altera parte ſenex manu ſublata praecipere neſcio quid videtur. Sphinges pro ornamento ſunt.

XIII p. 84. *ad fin. Eclogae IV,* in qua pueri neſcio qua fatali felicitate memorabilis incunabula praedicantur: *Iam nova progenies coelo demittitur alto.* Eſt anaglyphum in aedibus Iuſtinianeis: (vnde in *Galeria Giuſtin. To. II, 61.* et in *Admirandis tab. 26.*) argumenti docti quidem, nec indocte delineati, male tamen concinnati. Aſſidet Iupiter puer arboris trunco, et a Nympha Amalthea lactatur cornu ori admoto. Stat a tergo tanquam prodiens ex antro Dictaeo Satyriſcus ſyringem inflans. Arboris trunco implicitus ſerpens nidum pullorum appetit morſu, aſſidente hinc patre illinc matre: *non, vt adſit, auxili latura plus praeſentibus.* In ſpecus cacumine aquila leporem diſlaniat. Poſſis forte de portento in Aulide oblato apud Homerum Il. β, 308 ſqq. cogitare; probabile tamen ſit ſculptorem ornamenta tantum apponere voluiſſe. Sic et Moſchus Idyll. δ, 21 ſqq.

XIV p. 97. *ad fin. Eclogae V,* qua Daphnis defletur; et v. 42 Paſtores. *Et tumulum facite, et tumulo ſuperaddite carmen.* Monumentum ſepulcrale: ad exemplum exiguo ſed elegantis ſepulcri, quod Puteolis viſitur *in Voyage pittoresque de Naples* p. 58.

XV p. 114. *ad fin. Ecl. VI,* vbi *Silenum pueri vino videre iacentem Haſterno inflatum:* Silenus temulentus recubans. Ante eum duo Genii ſeu Amores, alter cum lyra, alter cum ſyringe; ita vt eius ſomnum prouocare velle videantur. Expreſſa gemma in *Bracci lib. laud. tab. 77.* ex onyche exſcalpto apud Principem Altieri; cum nomine ſcalptoris EV□OY. Legit

git vir doctus Εὔθυν, *Euthi*; erratum puto pro Euodo. Est enim Euodus ſcalptoris nomen; etſi omnino, an nominis ſculptura a priſco ſcalptore profecta ſit, dubito.

XVI p. 125. *ad fin. Eclogae VII.* Diana venatrix ex hortis Carpenſibus in *Muſeo Pio Clementino To. I. t. 31.* currens, alte cincta, cothurnata; ſecundum illa v. 31 *Diana — laeuia de marmore tota Puniceo ſtabis ſuras euincta cothurno.*

XVII p. 140. *ad fin. Eclogae VIII*, in qua verſus 11 *accipe iuſſis Carmina coepta tuis; atque haec ſine tempora circum inter victrices hederam tibi ſerpere lauros.* Faunus corollam plectens pampineam. E gemma Teucri ap. *Winkelm. Monum. ant. ined. Tratt. prelim. p. XIV.*

XVIII p. 163. *ad fin. Eclogae X.* Perſona Sileni cum pedo, ſyringe et vtre; e diuerſis monumentis petita. *Haec fac erit, diuae, veſtrum cecinisse poetam.* Ecl. X, 70.

XIX p. 174. *ad fin. excurſ. IV. ad Bucolica* tympanum cum crotalis, fiſtula ac thyrſo. Etiam haec ſunt e diuerſis monumentis Fiorilli noſtri ingenio compoſita.

XX p. 189. *In fronte Georgicor. lib. I.* Ex onyche in vaſculi ſpeciem elaborato olim Mantuano, nunc in Ser. Ducis Brunſuic. Cimelliis graphide expreſſo et illuſtrato olim ab *Henr. Eggelingio 1682*, nuper retractato 1775. Eſt anaglyphi argumentum per tres areas ſeu ſepta diuiſum; e quibus medium hic exhibetur. Ceres cum Triptolemo currui *(tarde voluentibus plauſtris)* inſiſtens draconibus iunctis; humi accumbente Terra, brachio laeuo innixa caniſtro vuis onuſto. Superuolat Genius: protome ſaltem expreſſa, pro more artificum; gremio tanquam frugum vbertatem effundens. A tergo fores, templi forte. Subſcriptus verſus Georg. I, 147

Prima Ceres ferro mortales vertere terram Inſtituit.

XXI p. 221. *In fronte lib. II. Georgic.* Adſtat ante aram Bacchi ſacerdos thyrſum tenens, altera manu in aram libans columellae appoſitam; ducit puer, thyrſum et ipſe gerens, circum ad aram. Adſcriptus verſus Ge. II, 395

Et duſtus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram.

Adumbrata haec ſunt e pictura Herculanenſi: *Pitture d'Ercolano To. IV. p. 221. et 231.* cf. Numum Antonini Pii ex aere in *Numiſm. Abbati To. I. t. 24.*

XXII p. 376. *ad fin. Georgic. libri II*, in quo inde a v. 420 *Contra non vlla eſt oleis cultura.* Numus eſt Athenienſium ex magno illo numero didrachmorum; adumbratus eſt vnus

vnus e *Museo Hunter. tab. 8. X.* Caput Palladis: altera parte Noctua diotae, seu lagenae oleariae, iacenti insistens, cum oleae ramo. Adscriptum ΑΘΕ ex vetere scribendi ratione pro Αθηναιων.

XXIII p. 377. *In fronte Georg. libri III.* Dioscuri adstantibus equis, notissima signa, adscripto versu 89

Talis Amyclaei domitus Pollucis habenis Cyllarus.

Petita est delineatio ex opere Dominici de Rubeis: *Raccolta di Statue antiche e moderne tab. 11. 12. 13.* Conspiciuntur signa Romae in Quirinali, multis quidem in partibus recenti manu instaurata, antiqui tamen operis, male aliquando Phidiae et Praxitelis manus esse credita; verius ad Hegesiae exemplum expressa, forte Neronis aetate, vt Viscontius non male coniectabat, cuius Castorem et Pollucem ante Iouis Tonantis aedem memorat Plinius XXXIV, 19. s. 16. Castorem cum equo omnis antiquitas exhibuit; dubitari possit de fratre Polluce, qui pugilatu clarus fuit, non equitatione. Verum ad vtrumque adstantes equos numi Romanorum magno numero exhibent cum vrbium, tum familiarum, Memmiae, Postumiae, tum Imperatorum Antonini Pii, Constantii Chlori, Maxentii; huius quidem numus iam a Donato *de Vrbe Roma* exhibitus *p. 738. E (p. 363.)*

XXIV p. 460. *ad fin. Georgic. libri III.* Anaglyphum *e Marmor. Taurinens. To. I. p. 69.* Notum est veteres sibi admodum placuisse in furore Baccharum repraesentando: motus pulcri corporis vehementiores et capitis iactationes varietatem et ostentationem artis admittebant. Frequentatur inter haec Baccha simili habitu in gemmis: Sic in *Mus. Florent. To. I. tab. 88. 7. 9. Mariette To. I. tab. 41 et Gravelle To. I. tab. 57.* tum in *Lippert. Dactyl.* I, 1, 194—197. III, 1, 166. et iam olim in *Maffei Gemme Vol. III, t. 56.* vnde expressa in *Montfaue. Ant. expl. To. I. tab. 165, 3.* Multa in his variant; prototypum esse videtur gemma Medicea. Tenet Baccha manu icunculam seu feminae seu viri duas tibias inflantis: cuius religionis ac notionis ratio obscura est. Destinata erat haec tabula libro IV. Georg., vbi v. 520 *Ciconum matres Inter sacra deum nocturnique orgia Bacchi Discerptum latos iuuenem sparsere per agros.* Quod facinus in alio marmore *Musei Taurinensis* p. 19 ab artifice redditum videas. Parum tamen delectat tantae immanitatis spectaculum.

XXV p. 461. *in fronte Georgic.* libri IV. in quo de mellificio agitur: vbi v. 316

Pastor Aristaeus —
Amissis, vt fama, apibus morboque famesque.

Numisina est ex pluribus apud Pellerinum et Hunter., hoc quidem e *Pellerin. (To. III. pl. 96, 11. 12.)* In altera parte Aristaeus heros est, inter duas columellas stans; quae aediculam designant; adscriptum nobile cognomen Aristaei Ἀγρεύς, quod sagaciter assequutus est vir doctiss. Eckhel *Num. vet. anecd.* p. 106: in altera Iupiter sedens: Ζεὺς Κασιος. Corcyraeorum hi numi sunt; Iouis Casii religio in Corcyra fuit praecipua, sparsa inde per alias insulas maris Ionii et per oram continentis.

XXVI p. 548. *ad fin. Georg. lib. IV.* Recordandum est hoc libro praeclarum locum de Nymphis marinis et Nereidibus occurrere v. 334 sqq. Amphitrite binis equis marinis vecta, anteuolante Amore: ad Gemmae ectypum, quod habemus, delineata. Archetypum, quod olim Laurentii de Medices erat, nunc in Cimeliis Regis Siciliae seruari fertur; gemma amethystus est. Est quoque eius ectypum in Lipperti *Dactylioth. Mill. I. P. I, 77.* Olim Venus pelagia edebatur. Quid tamen? si Thetidem esse dixeris, memor versus Tibulli I, 5, 45 *Talis ad Aemonium Nereis Peleia quondam Vellia est frenato caerula pisce Thetis.* Similes aliae deae marinae passim in gemmis visuntur: v. *Mus. Flor. To. II. tab. 48;* sed minoris et artis et famae. At egregiae artis Sarda idem argumentum exhibens est inter *Gemmas Ducis Marlburiensis tab. XL.* Alia occurrunt in anaglyphis v. *Admiranda. Galeria Giustin. Vol. II.* extr.

XXVII p. 554. *ad fin. Excursus II. ad Georgicorum libros:* plaustrum biiugis bobus, incedente iuxta puero; translatum e fragmentis marmorum in *Columbario Libertorum et Servorum Liviae Aug.* a Gorio descripto (Flor. 1727 et repet. a Poleno To. III. et nuper iterum in *Piranesi Antichità Romane To. III. tab. 29.*)

VOL. II

Aeneidis lib. I — VI.

I *In titulo voluminis* visuntur capita Homeri et Virgilii obuersa: hoc quidem e *Museo Capitol. Tom. I. 1. 2.* at Homerus expressum ad marmoris Farnesii exemplum.

II p. 14. *post praefationem*, absoluto iam operi, vt solet, praemissam, vt adeo otium circumspicerem. Gemma a multis expressa, etiam pictura ab Annibale Caraccio in Farnesis aedi-

aedibus. Hercules quiescens, saxo insidens leonis exuuiis instrato; pone Diomedis equorum protome; pes impositus alteri saxo, in quo reclinata claua, Sphinge appositā: quo consilio, vix pronuntiem, nisi artifex significare voluit allegoricum esse opus; subiectum est caput apri Erymanthii cum trinis pomis Hesperidum. Mirationem gladius seu culter facit formae nouae, quem manu tenet; vt nec tamen manubrio caput sustentare videri debeat; vaginam putes gremio impositam esse; vti arcus a tergo. Inscripta verba quietem labore parari docent: *πόνος τὰ καλῶς ἡσυχάζειν αἴτιος.* Archetypa Sarda, de cuius antiquitate dubitari non vidi, olim Crozati, extat in Museo Ducis Aurelianensis: *Description du Cabinet du Duc d'Orleans T. I. tab. 86.* Extant alia exempla, vt inter Gemmas regis Galliarum: apud *Mariette To. I. tab. 84. 85.* alia inter Ectypa Lipperti extant. Sacrum Ioui Caneaco factum respexisse videri potest artifex, si saxum et cultrum aduertas. v. Sophocl. Trachin. 750 sqq.

III p. LIV. *ad fin. Disquis. I.* Ex Gemma in Cimelio Ducis Aurelianensis: *Description du Cabinet du Duc d'Orleans T. I. tab. 50.* a doctiss. viro, Abb. *Belley* illustrata in To. XXXVI. *Mem. de l'Acad. des Inscript.* Insidet lyrae nocturna, vt coniuncta Apollinis et Mineruae numina et honores declaret. Sane vtriusque numinis studia coniuncta esse necesse est in poetis interpretandis, nec sine poetices gustu aut sapientiae seu philosophiae studio feliciter ea in re verseris. Adscripta verba: *Τύχη πρωτογένους Κολοσσαίων*, *Fortuna primigenia Colossensium*, scilicet quae iis ab vrbis inde primordiis adfuit. Gemma sane est huius generis vnica, quam equidem ex numismat. Colossensium expressam suspicor; etsi numisma ad nostram aetatem seruatum esse non memini.

IV p. LXXIV. *sub fin. Disquis. II.* Aquila alis expansis intra coronam lauream, adumbrata ex Piranesii marmoribus. In medio scripti versus Homerici, qui fundum omnis et mythi et fortunae Aeneae fecere: (cf. p. LVII.)

Νῦν δὲ τὸ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει,
Καὶ παῖδες παίδων, τοὶ κεν μετόπισθε γένωνται.

V p. I. *in fronte Aeneidis lib. I.* Neptunus tridentem emittens e *Begeri Thes. Brandenb. T. I. p. 250.* Numus argenteus Demetrii Polioreetae. Idem et similes alii apud v. c. Eckhel et Frölich memorantur. Parerga e variis monumentis petita sunt: Triton buccinam inflans remo nixus; cum vna Nerei-

Nereidum delphino insidente. Subscripta verba: *Maturate fugam Aen. I, 137.*

VI p. 126. *ad fin. lib. I.* Venus curru vecta ab Amoribus: e numo gentis Iuliae ap. Morell. *Thes. num. Famil. tab. 1. Gentis Iuliae.* Subscriptus versus 415. *Ipsa Paphum sublimis abit.*

